

Ne Sede vacante aliquid in-  
novetur. pag. 252

ILLA. 256  
INOVIT. 252

de Parochiis, & alienis Pa-  
rochianis. 375

NULLUS. 376  
SI EPISCOPUS. 375  
SIGNIFICAVIT. 382

de Peculio Clericorum. 303

SI quis sanè. 303

de Præbendis, & Dignitatibus. 81

AD hæc. 102  
CUM jam dudum. 115  
CUM secundum. 108  
De multa. 142  
Dilecto. 136  
Dilectus, il primo. 125  
Dilectus, il secondo. 138  
Episcopus. 83  
Expoluiti. 177  
Extirpandæ. 151  
Extirpandæ, §. Qui verò. 153  
Grave. 149  
Licet. 160  
Nisi essent. 129  
Non liceat. 81  
Præterea. 108  
Quia in tantum. 91  
Referente. 95  
Significatum. 97  
Super inordinata. 184

de Rebus Ecclesie non alie-  
nandis. 274

AD nostram. 279  
NULLI. 274

de Sepulturis. 359

FRaternitatem. 359

de Solutionibus. 289

AD hoc. 289  
ODOARDUS. 292

de Successione ab intestato. 356

CUM dilectus. 356

de Testamentis, & ultimis  
voluntatibus. 314

CUM eses. 329  
IOANNES. 354  
NOS quidem. 319  
Quia ingredientibus. 314  
Relatum. 346  
Tua nobis. 347

de Vita, & honestate  
Clericorum. I

AD Crapula. I

PRO



PROSPERI FAGNANI  
COMMENTARIA  
IN PRIMAM PARTEM  
TERTII LIBRI  
DECRETALIIUM.

DE VITA, ET HONE-  
STATE Clericorum.

Cap. A Crapula.

S V M M A R I V M.

1. CLERICVS crapulosus, vele-  
briosus montium non desistens,  
ab officio, vel beneficio suspen-  
ditur.
2. Ebrivus quid differat ab e-  
brioso.
3. Ebricitas inducit exitium mentis, & libidinis in-  
centivum.
4. Ebricitatis qua & quanta sint mala.
5. Violentum Sacerdotem & Apostolum prohibet, &  
vetus lex damnat.
6. Clericus an liceat bibere ultra tertiam vicem.
7. Moniales debent vinum sugere sicut venenum.
8. Crapula quid sit, & unde dicatur.
9. Ebricitas quid.
10. Cerrista immoderatus potus an sit crapula, vel e-  
brietas.
11. Sicca quid sit.
12. Crapula quandoque inebriat, & mentis exitium  
inducit.
13. Obligantium se ad potus aequales abusus reproba-  
tur.
14. Versellizantes qui dicantur.
15. Sponsio quod alter alterum in bibendo superabit,  
non est rata.
16. Clerici bibentes vinum sine aqua qualiter peccent.  
Prosper. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

17. Cibis nullus, vel potus est illicitus, nisi per accidens.
18. Vinum bibere an propter scandalum sit peccatum.
19. Verba imperativa an obligationem inducant.
20. Consilium perfectionis non est obligatorium.
21. Canonis imperantis, vel prohibentis transgressio ex  
sua natura est culpa mortalis.
22. Suspendus ab officio an sit suspendus à beneficio.
23. Electio in panis alternativa est iudicialis.
24. Ebricitas an sit peccatum mortale.
25. Peccatum nullum adeo est veniale, quod non fiat  
mortale si placeat.  
Declaratur in 21.
26. Va est comminatio panna aeterna.
27. Peccatum veniale an & quomodo possit fieri mor-  
tale; & n. 32.
28. Peccata minima si negligantur, occidunt.
29. Ebricitas tripliciter potest contingere.
30. Moralis accipiant speciem non ab his, qua per ac-  
cidens eveniunt præter intentionem, sed ab eis,  
quod est per se intentum.
31. Rationis usu seipsum privare, an sit culpa verbalis.
32. Ebricitatem peccatum mortale, si sit assidua,  
quomodo intelligendum sit, & n. seq.
33. Ebricitas voluntaria ad valetudinem recuperanda,  
an sit peccatum; & n. seq.
34. Aegrotus frequenti ebricitate à periculo morbo da  
consilio medici liberatur.
35. Cibis & potus moderatus sano potest esse superflua  
infirmis, & è converso.
36. Inebrians se ad vomitum provocandum, an peccet.
37. Inebriari se num liceat sine peccato ad vitandam  
tyranni savitiam.
38. Mutilare sibi membrum putridam corporis cor-  
ruptivum num liceat sine incurfu irregularita-  
tis.
39. Membrum sibi amputare ad vitandam savitiam  
tyranni, non licet.
40. Tyranni præcipiendi usum carnis in diebus pro-  
hibiti obtemperari non potest sine peccato.

A

A Cra-



**C**RAPULA. Abbas antiquus sic ponit casum breuem; Clerici se ingurgitate, vel inebriare non debent alias post monitionem legitimam, ab officio, vel beneficio suspenduntur. Sed Joan. Andr. Bald. Butr. Cardin. Abbas Siculus Jo. à Capistrano. & ceteri summari sic. Clericus crapulosus, vel ebrius monitus non delictens, ab officio, vel beneficio suspenditur. & bene, quia hic non punitur actus, sed habitus, & frequentia.

Ebrius enim hoc differt ab ebrioso secundum Bald. in 1. quod ebrius dicitur actus; ebrius habitus, vel consuetudine se inebriandi. Et est aliquantum difficultis probationis, ut notat Innoc. in c. cum causam de rescrib. Dividitur in tres partes. Primo, prohibet crapulam, & ebrietatem. Secundò reprobat abusum obligantium se ad æquales potus. Tertiò statuit penam transgressorios. Secunda ibi, unde illum abusum. Tertia ibi, si quis autem.

Nota primò, ebrietatem inducere exilium mentis, & libidinis incentivum, §. 1. 44. dist. Et enim fomes omnium vitiatorum. c. ante omnia. 35. dist. Unde Apostolus Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. c. ubi Christus §. Quædam de iurejur. & Proverb. 20. Luxuria superat ebrietatem, & contumeliosa ebrietas. Qui cum his immiscetur non est sapiens, relictur in c. Luxuria §. 37. dist. Unde linguatiter Bern. in lib. de contemptu mundi. Quid turpius, inquit, ebrioso, cui fletor in ore, tremor in corpore, qui promit stulta pandit ocella, cui mens alienatur, facies transtinitur; ibi nullum secretum ubi regnat ebrietas. Et Augustinus relatus à Mar. Socin. in c. si confiterit. n. 22. de Accusat. & à Petro de Anch. hic n. 2. Ebrietas auferet memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, & impedit linguam, concitat libidinem, corrumpit sanguinem, totum denique corpus debilitat.

Præcipue verò hoc damnatur in Ecclesiasticis, & Dei servitio mancipatis. Unde vinolentum Sacerdotem & Apostolum damnat, & vetus lex prohibet. c. Vinolentum. ead. dist. nec Clerici debent bibere ultra tertiam vicem, ut est text. in c. Quando sit secundo 44. dist. ibi, & maxime ultra tertiam vicem poculum non contingant. Unde Lucius Apuleius Florid. 1. Prima inquit, cratera ad sumum pertinet, secunda ad hilaritatem, tertia ad voluptatem, quarta ad insaniam. Quare Clerici ultra tertiam vicem bibentes peccant, ut per Navarr. in man. t. 25. n. 111. Quod intelligit Abbas hic n. 2. vers. Nam debet clericus dummodo appetitus naturalis ultra non exigar, sed Marian. Socin. in c. Si confiterit n. 19. vers. Tertio, quæ sit bibendum, inf. de accusat. putat in hoc spectandam esse qualitatem complexionis, & temporis, & omnia ad sobrietatem, & necessitatem esse reducenda.

Moniales verò debere vinum fugere tanquam venenum scripsit Hieronymus, ut in c. Carnem, de consecr. dist. 5.

Secundò nota, aliud esse crapulam, aliud ebrietatem. Et quidem crapula est excessus cibi, seu immoderata voracitas, & ingluvies qua stomachus prægravatur, c. Ne tales de consecr. dist. 5. dicit enim lex; Ex nimia ingurgitatione olet os,

1. Qui clavam §. 13. cui ff. de edil. edic. glo. in c. Cum Apostolus. in ver. Sumptuosus, inf. de cens. dicitur enim crapula, quasi cruda epulas; quia homines ita voraciter epulantes perfectè non digerunt, sed materiam indigestam emittunt. c. Sint vibi, & d. c. Ne tales de consecr. dist. 5. Ebrietas verò est excessus vini, & immoderata potatio; & ita distinguitur glo. 1. hic Holt. n. 1. Jo. Andr. n. 4. Butr. n. 3. Anchar. & Abb. n. 1. & Marian. Socin. in cap. si confiterit. n. 18. inf. de accusat. Sed Arist. in Problem. in eod. distinguit crapulam ab ebrietate, quod ebrietas una cum mente adimit & sensum doloris; crapula verò constante animo caput afficit. Unde Augustinus lib. 10. Confess. cap. 31. ante med. tom. 1. Ebrietas, inquit, longè est à me, misereberis ne appropinquet mihi; crapula autem nonnunquam subrepsit seruo tuo. Refert S. Thom. in 2. 2. quæst. 150. art. 2. ad 3. Sed item S. Thom. d. quæst. 150. art. 1. dicit crapulam dividi in comestationem, & ebrietatem. Quæ duo prohibet Apostolus ad Rom. 13. Non in comestationibus, & ebrietatibus. Verum quam Apostolus dicit comestationem, hæc Decretalis vocat crapulam. Unde tu, quod spectat ad intellectum textus, ne recedas ab expositione glossæ, & Doctorum. Quid de immoderato potu cervisæ, an sit crapula, vel ebrietas? Bald. hic n. 4. dicit ebrietatè esse excessum vini, vel cervisæ, quæ fit nimio potu aquæ puræ, sed statim se corrigit dicens: Potest dici crapula, sed non ebrietas, quia corrumpit stomachum, generat vomitum, & angustiam. Sed certè huiusmodi effectus etiam ex ebrietate proveniunt, & ferunt immoderatam

potationem cervisæ, perinde ac vinum inebriare. Unde contra Bald. videtur text. expressus in c. Vinolentum. 35. dist. ubi dicitur. Sicut Hebræo sermone omnis portio nuncupatur, quæ inebriare potest. Et infra quod inebriatur, & statum mentis evertit fuge similiter ut vinum. Ad idem textus in cap. 2. inf. de homicid. ubi mediocris cervisæ utere temperatè Nam quod hic dicitur, Vinum sibi temperat; sibi dictum est, utere temperatè; & quod hic dicitur, & se vino, ubi dictum est, mediocris: Licet cervisia vini appellationem non continetur, ut

1. Si quis vinum, ff. de trii. vin. & oleo lega. Nisi dixeris etiam crapulam quandoque inebriare, & mentis alienationem inducere, etiam sine immoderato usu vini, ut pluries fide videtur statatur Marian. Socin. in d. cap. si confiterit n. 18. vers. Et idem dicendum de accusat.

Tertio nota in vers. Unde illum, à Concilio generali hic reprobari abusum illarum regionum quæ ad potus æquales suo modo suos obligant potatores, & ille iudicio talibus laudatur qui plures inebriat, & calices fœcidiore exhausti. Et tales Holtien. in prime, appellat Vertellizantes, et n. 6. in ver. partibus, exemplificat in Scotia, et Uvallia. Et subdit, se id sapius, vellet nollet, expertum fuisse. Et in Normannis exemplificat Collectar. in fine. Unde inferitur, ut si aliqui veniant ad sponsonem, quod alter alterum in ebrietate superabit, huiusmodi sponsonio non sit rata, quia ut hic patet, in honore est causa in sponsonem deducenda. Ibi rem §. si quis sponsonem, ff. de præscript. verb. Et ita per hæc Decretale non novissimè firmant Moderni in tract. de Mercatura, ut de sponson. par. 4. §. Item quæro, n. 1.

Quar-

16. Quarta nota ibi, Vinum sibi temperat, argumentum quod Clerici bibentes vinum sine aqua absque iusta causa, peccant, quia faciunt contra hoc Concilium, cap. fin. §. quod præcipitur, 14. q. 1. secundum Holtien. hic n. 2. in ver. abstineant. Intellege venialiter, secundum Jo. Andr. n. 1. in ver. sibi temperat. Anchar. num. 3. & Jo. à Capistr. in 1. notab. qui dicit hoc esse peccatum contra consilium, non contra præceptum, & sic veniale; nihil per accidens esset gravius; nam nullus cibus, vel potus secundum se est illicitus. Matth. 15. Non quod intrat per os, coquinat animum; sed per accidens potest illicitè bibi, quandoque ex conditione bibentis, ut quia de facili læditur vino, vel quia speciali voto obligatur ad vini abstinentiam; quandoque ex modo, quia immoderatè bibit;

18. quandoque ex consortio, ut si quis scandalizet; hoc enim intendit Apostolus. Rom. 14. Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, in qua frater tuus scandalizatur. De quo per D. Thom. 2. 2. quæst. 149. Ego arbitror verum esse quod dicunt DD. videlicet hoc peccatum esse tantummodo veniale, non quidem propter rationem Jo. à Capistrano, quia textus hic non consilii, sed præcipitur, cum loquatur imperativè, Clerici à crapula, & ebrietate abstineant, & vinum sibi temperent, & se vino. Unde quod imperatur necesse est fieri, ut in d. §. Quod præcipitur. Et est bonus textus in cap. Inceperit, 32. quæst. 1. dum ibi dicitur, Virginitas suaderi, & non imperari potest. Et ita verba imperativa ex summatore esse obligatoria, firmat Dec. in cap. Nam concupiscentiam, num. 26. de Constitut. Quod si hæc esset tantummodo lex consilii perfectionis, utique ad nullam culpam obligaret, ut in d. cap. ut. & in c. Denique, §. Hæc est legibus 4. dist. glo. 2. Abb. & omnes in cap. 2. & ibi dixi n. 43. de Constit. Sed puro esse veniale ex levitate materis, ut furtum oboli; nemo enim dixerit Clericum ex eo quod semel, aut bis bibat modicum vini puri, mortaliter peccare. Unde August. in serm. de Purgar. relatus à Gratiano in cap. Vinum orarium, §. Nunc autem, 25. dist. & à D. Thom. in 2. 2. quæst. 150. art. 2. in 2. argum. contrario dicit; Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit, quam necesse est, ad minuta peccata non veritè pertinere, id est ad venialia, ut explicat S. Thom.

21. ubi supra, licet transgressio Canonis imperantis, aut prohibentis ex sui natura sit culpa mortalis, cap. Nulli fas, 19. dist. & cap. Violatores 25. qu. 1. Archid. in cap. De feriendis, un. 4. de consecr. præb. lib. 6. Et scripsi plene in cap. fin. n. 22. de Constitut. Addunt, & bene, Cardin. hic n. 3. & Abb. n. 3. in hac materia spectandam esse vini, regionis, & complexionis qualitatem. Et idem notat Marian. Socin. in c. Si confiterit, n. 18. & 19. inf. de accusat.

22. Ultimo nota ibi, ab officio, vel beneficio, argumentum quod suspensus ab officio non est suspensus à beneficio; loquitur enim hic textus alternativè, & electio est iudicis, secundum gl. fin. quam sequuntur Jo. Andr. & communiter DD. hic, ut testatur Abb. n. 4. quam tamen declarat, ut per eum, & plenius per Felin. in cap. Inter cetera n. 5. vers. Fallit quindè, ubi prædictam conclusionem restringit decem modis supra de rescriptis.

24. QUÆRO. An ebrietas sit peccatum mortale, Doctores hic tenent esse tantummodo veniale, non autem mortale, nisi sit assidua, vel in consu-

tudine. Et in hoc residet Jo. Andr. num. 1. in ver. sibi temperat; Butr. n. 2. & num. 5. Cardin. & Anchar. ambo num. 3. Collectar. n. 2. & alii Abb. in cap. si confiterit, num. 3. in 2. notab. infra de accusat. ubi dicit ebrietatem, si rata est, esse peccatum veniale, sed non mortale, & cum eo transeunt ibi Marian. Socin. num. 9. in 2. notab. & Felin. n. 2. Idem tenet Lucas de Penn. in h. 1. verb. Ceterum, C. de erogar. milit. anno. lib. 12. & probatur aperte in cap. Vinum orarium, §. Nunc autem, vers. Alias ea demou, 25. dist. ubi Augustinus recenfer peccata capitalia ex suo genere. & inter illa communerat ebrietatem, ubi ebrietas si assidua sit. Ad idem optimus textus in cap. Multis 2. quæst. 1. ubi referuntur verba Apostoli 1. ad Corinth. 5. Nunc scripsi vobis, non commiseri; si quis frater nominatur in vobis aut fornicator, aut idios servens, aut avarus, aut maledicus, aut ebrius, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et decretum Concilii Trident. sess. 6. de Inquis. cap. 15. ibi, Divina lego doctrinam defendendo, quæ à regno Dei non solum infideles excludit, sed & fideles quosq; fornicarios, adulteros, avaros, ebrios, & ceterosque omnes, qui talia committunt peccata; ponderando utrobique verbum Ebrius, quod secundum Bald. hic num. 1. & Collectar. num. 2. importat consuetudinem se inebriandi. Ad idem est Canon Apostolorum 4. 2. relatus in c. 1. 5. dist. Episcopus aut Presbyter, aut Diaconus alæx, aut ebrietas deseruiens, aut desinat aut deponatur. Subdiaconus autem aut Lector, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut communiõne priveitur, similiter & laicus. Ponderando illud verbum, deseruiens, quod eodem modo consuetudine designat, ut ibi post Hugon. notat Archid. nu. 1. in ver. deseruiens, Turrecrem. nu. 12. & Præpos. n. 25. vers. Quæro an isti Clerici. Et huic opinioni videtur suffragari dictum Augustini in cap. Vinum, §. Nunc autem, vers. Cirimim 25. dist. videlicet Peccatum nullum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.

26. Sed in oppositum est textus in cap. Sexto die, 35. dist. Et quod habetur hinc §. Veb qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad mensendam ebrietatem. Nam, veb, est comminatio pœnæ æternæ, quæ non fit nisi pro mortali peccato, secundum Turrecrem. in d. cap. Sexto die, n. 6. & probatur in c. Veb qui dicitur, 11. q. 3. & in c. Veb eis, de pœnis, dist. 4. Præterea, si ebrietas esset tantummodo peccatum veniale, idem actus ebrietatis ex sola frequentia, & assiduitate non potest fieri mortale, quia ea quæ differunt in infinitum, sunt peccatum mortale, & veniale. non transmutantur in invicem, ut declarat S. Thom. in 1. 2. qu. 88. art. 4. Archid. & Turrecr. in cap. Tres sunt, de pœnis, dist. 1. ubi illud Augustini tract. 12. in Joannem, Peccata minima si negliguntur, occidunt; nec non illud, Venialia multiplicata ita possunt obruere, sicut unum mortale; intelligunt dispositivè, & per occasionem, non per causam

29. Quid tenendum? Dicit ebrietatis culpam consistere in inordinato usu, & concupiscentia vini. Hoc autè contingit esse tripliciter. Unum modo, quando quis ignorat usum vini esse immoderatum, & inebriare potenter, & hoc nec vitii fortitudinem & huiusmodi; & hæc ebrietas potest esse sine peccato, sicut creditur Noe inebriatus fuisse, Gen. 9. Alio modo quando quis percipit potum esse



esse immoderatum, non tamen estimat posse inebriari; & sic ebrietas potest esse cum veniali peccato. Tertio modo, quando quis bene ad vertit potum esse immoderatum, & inebriantem; & tamen magis vult ebrietatem incurere, quam potu abstinere; & talis proprie dicitur ebrius; quia moralia recipiunt speciem non ab his, quae per accidens eveniunt praeter intentionem, sed ab eo, quod est per se intentum; & sic ebrietas est peccatum mortale; quia secundum hoc homo sciens, & volens privare se usu rationis, quo secundum virtutem operatur, & peccata declinat, & sic peccat mortaliter; periculo peccandi se committens. Dicit enim Ambr. Vitandam dicimus ebrietatem, per quam, &c. c. Sanē. 1. §. qu. 1. Ita Arch: in c. Sexto die. n. 9. §. dist. qui hanc distinctionem ad litteram transulit ex D. Thoma, licet illius non faciat mentionem in 2. 2. q. 50. art. 2. ubi Cajetanus dicit, privare se usu rationis ex inordinata concupiscentia vini, absque dubio esse mortale peccatum, quia propter delectationem in potu non curat sciens, & volens privare se usu rationis. Atque ita non privatio usus rationis absolute, quae aliquando potest esse sine culpa, ut in dormiente, nec delectatio in potu vini absolute culpa constituit; sed delectatio in potu vini inebriantis in sciente, & volente illam, constituit rationem culpae mortalis. Eandem distinctionem sequitur Turrecremata in d. c. Sexto die. n. 8. §. dist. Jo. à Capistr. hic n. 7. & Sylvest. in ver. Ebrietas, n. 2. Nec dissentit Navar. in Man. c. 23. n. 121. dum dicit eum qui se, vel alium scienter inebriat, mortaliter peccare, quia notabiliter vult nocere alteri & sibi esse nocumento, cui renunciare non potest volens se, vel alium usu rationis privare.

32 Non obicit auctoritas Augustini in d. c. Vnum orarium in vers. alius ac demum. 2. §. dist. dicentis ebrietatem esse peccatum mortale, si sit assidua. Etenim hunc locum reverenter glossat S. Thomas d. art. 2. in resp. ad primum, dicens, assiduitatem facere, ut ebrietas sit peccatum mortale, non propter solam iterationem actus, assiduitas enim importat circumstantiam, quae non trahit in aliam speciem peccati; nec potest in infinitum aggravare, ut de veniali faciat mortale. Sed quia non potest esse ut homo assidue inebrietur, quin sciens, & volens inebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini, & habilitatem suam ad ebrietatem. Et sequitur Cajetan. ibi respon. ad primum vers. Ad hoc dicitur; ubi ait locum Augustini esse intelligendum de assiduitate quoad effectum, qui est cognoscere fortitudinem vini, & habilitatem propriam ad ebrietatem. Et quoniam huiusmodi cognitio non est effectus proprius assiduitatis ebrietatis, quia sine tali assiduitate potest talis cognitio haberi; idcirco sine assiduitate tam praesenti, quam praeterita, est ebrietas peccatum mortale, si ad illa cognitio. Neque hoc est contra Augustinum, quoniam ipse dicit affirmativam, scilicet, ebrietas assidua, id est habens talem cognitionem, est mortale; & non negativam, scilicet, nisi sit assidua, quamvis etiam diceret negativam, glossaretur, ut dictum est, assidua hoc est habens cognitionem fortitudinis vini, & propriae habilitatis, quia de assiduitate non secundum se, sed ratione talis effectus intelligitur. Haec Cajetanus. Quod ipsum docuit idem S. Thomas in 2. 2. q. 50. art. 1. §.

Ad primum, Diuturnitas, inquit, non est circumstantia trahens in aliam speciem, similiter nec frequentia, nec assiduitas, nisi forte per accidens ex aliquo supervenienti. Non enim aliquid acquirit novam speciem ex hoc, quod multiplicatur, vel proleatur, nisi forte in actu proleato, vel multiplicato superveniat aliquid, quod variet speciem, puta inobedientia, vel contemptus, vel aliquid huiusmodi. Ebrietas vero secundum suam rationem habet ut sit peccatum mortale. Quod enim homo absque necessitate reddat se impotentem ad utendum ratione, per quam homo in Deum ordinatur, & multa peccata concurrentia vitat, ex sola voluptate vini, expressè contrariatur virtuti. Sed quod sit peccatum veniale, contingit propter ignorantiam quandam, vel infirmitatem, puta cum homo nescit virtutem vini, aut propriam debilitatem, unde non putat se inebriari; tunc enim non imputatur ei ebrietas ad peccatum, sed solum superabundantia potus. Sed quando frequenter inebriatur, non potest per hanc ignorantiam excusari, quin videatur voluntas ejus eligere magis pati ebrietatem, quam abstinere a vino superfluo. Unde redit peccatum ad suam naturam. Haec tenet verba D. Th. Et hoc intendit glossa in d. c. Vnum orarium. §. Nunc autem, vers. alius ac demum, in ver. Ebrietas in 2. §. dum dicit ebrietatem quandoque dici studium ad inebriandum se, & hoc esse mortale peccatum. Allegat hanc decretalem, &c. Ante omnia, 3. §. dist. Quandoque vero ebrietatem dici frequentem actum bibendi; & hoc modo esse veniale, ut in d. §. Nunc autem, in vers. alius in cibo. Quamobrem dum Canonistae nostri hic dicunt affirmativè cum Augustino; ebrietas est mortale peccatum, si sit assidua, bene dicunt, quia ebrietas assidua semper est cognita, & voluntaria; & sic mortale. Sed dum dicunt negativè, ebrietas non est mortale peccatum, nisi sit assidua, non bene dicunt. Neque hoc dixit Augustinus, quia cognitio ebrietatis potest aliunde provenire, quam ex assiduitate, & omnis ebrietas cognita, licet non sit assidua, est voluntaria, & consequenter mortale peccatum ex supradictis.

Quod autem dixit Augustinus in d. c. Vnum orarium, §. Nunc autem, vers. Crimini, 2. §. dist. videlicet, Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet, non est intelligendum de qualibet placencia; quia si qualibet placencia faceret peccatum mortale, tunc omne veniale esset mortale, quia quodlibet veniale placet, cum sit voluntarium; sed talis placencia est intelligenda, quae ad confirmationem spectat, in qua omnis humana perversitas consistit, dum rebus utendis fruimur, ut dicit Augustinus. Haec S. Thom. apud Turrecrem. in d. c. Vnum orarium, §. Nunc autem, n. 4. Et concordat ibi Archid. exponens verbum, dum placet, ita ut illa delectatio praeponatur Deo.

33 Limita nunc conclusionem superius firmatam qua dictum est ebrietate voluntariam esse peccatum mortale, ut non procedat, si vinum immoderate sumatur de consilio Medici ad valetudinem recuperandam, prout limitat Marian. Soc. in c. Si confiteris, n. 20. de accusat. ubi refert se Florentiae vidisse Magistrum Ugonem Bentium insignem Philosophum, & Medicum cognatum suum

35 sum frequenti ebrietate quendam filium Bernardi de Uzano à periculoso morbo liberasse. Quod videtur ex mente D. Thomae in 2. 2. q. 1. §. art. 2. ad tertium, ubi ait: Cibus & potus est moderandus secundum quod competit corporis valetudini; & ideo sicut quandoque contingit, ut cibus, vel potus, qui est moderatus sano, sit superfluus infirmo: ita etiam potest et converso contingere, ut ille, qui est superfluus sano, sit moderatus infirmo. Et hoc modo cum aliquis multum comedit, vel bibit, secundum consilium medicinae ad vomitum provocandum, non est reputandus superfluus cibus, vel potus. Haec ille. Et quamvis subdat: Nec tamen ad vomitum provocandum requiritur potus inebrians, quia etiam potus a quo tepida vomitum causat; & ideo propter hanc causam non excusaretur aliquis ab ebrietate. Quae tamen ibi Cajetanus in responsione ad tertium: An ebrietas scienter non ex delectatione potus, sed propter medicinam sit licita; & concludit esse licitam, si medicinae ars disponeret ebrietatem esse necessariam ad evacuationem, seu curam alicujus infirmitatis, quia ebrietas in illo casu non esset ebrietas formaliter, quae est peccatum, sed materialiter tantum, quoniam non esset ex delectatione in potu vini. An autem ita sit de facto ut medicina disponat in aliquo eam ebrietatem necessariam esse, ut ipse ait, non est Philosophi moralis, nec Theologi, sed scientiae medicinae opus. Idem tenet Martin. in quest. 1. de ebrietate, relatus à Cajet. d. art. 2. ubi ait, vomitum non provocari ex potu quo tepide in omnibus hominibus. Item vomitum ex alia & alia causa provocatum alias superfluitas est emittere. Ac demum posse contingere, ut quis esset talis complexionis, ut ex vino quantumcumque, & qualitercumque sumpto inebriaretur, & ex alio potu gravius laederetur in corpore; quo casu ei liceret vinum sumere, & ut iminus malo, se ebriando; alioquin esset perplexus, quod est absurdum. Eandem limitationem amplectitur, & pluribus confirmat novissime Cardin. Toler. de instruit. Sacerdotum lib. 8. tit. de ebrietate quale sit peccatum, cap. 61. circa med. ubi reprobat contrariam opinionem Angelii in Summa, in vers. Ebrietas, & sequitur Cardin. Cajetanum ubi supra, & Sylvestrum in eodem verbo.

37 Limita secundò praedictam conclusionem idem Martin. apud Cajet. ubi supra, ut locum non habeat si quis inebriaretur ad evitandam saevitiam tyranni, ut sic relinquere pro communi bono. Sed hanc limitationem refellit Cajet. ibid. vers. Ad alterum vero. Quia cum potus talis in ordine ad primum & proximum finem sit immoderatus, quia in ordine ad corpus, & usum rationis est immoderatus; & huiusmodi immoderatio scienter facta sit peccatum ex suo genere, & non sint faciendae mala, ut eveniant bona; non excusaretur à peccato non solum qui inebriaretur, sed nec si medium excederet in cibo, & potu, ut evaderet saevitiam tyranni, aut infidelis. Non sunt enim haec congrua media ad huiusmodi finem. Ita Cajetanus, cujus opinio mihi magis placet. Non enim puro valere illationem: ad infirmitatem curandam licet se inebriari; ergo & ad evitandam tyranni saevitiam. Quoniam videmus ad evitandam mortem naturalem licere se ipsum mutilare, ut si membrum putridum

patridum sit corporis corruptivum, c. Refecanda, 24. q. 3. S. Thom. 2. 2. q. 65. a. 1. Sylvest. in ver. Homicidium 3. n. 4. Adeo nec propterea incurritur irregularitas, nisi ex mutilatione inducatur deformitas, vel impotentia ad ordinis executionem, ut in Summa Confess. lib. 2. tit. 2. q. 43. Sylvest. ubi supra.

29 Et tamen ad vitandam mortem à tyranno imminentem, non liceret sibi manum, aut pedem amputare, ut colligitur ex D. Thoma ubi supra. Similiter propter infirmitatem in diebus jejuniis licet carnes comedere, c. 2. de observ. jejun. Et tamen tyranno sub minis mortis esum carniū precipienti in diebus prohibitis non posset obtemperari sine reatu mortalis peccati, ut patet exemplo Machabaeorum. Ad hoc sunt iura in c. Injustum. c. Si quis Episcopus, cum tribus sequentibus. c. Qui resistit, c. Imperatores, c. Quid ergo, &c. Si u. qui praes. l. 1. q. 3. Et est ratio diversitatis, quia ebrietas, abscessio membri, & esus carniū possunt esse remedia naturalia, & quandoque necessaria ad salutem corporis secundum artem medicinae, ut dictum est supra n. 34. At mortem à tyranno imminentem naturaliter depellere non possunt, nec sunt media ad id ex necessitate ordinata, sed per accidens tantum ob pravam intentionem tyranni. Quae ratio colligitur ex D. Thoma in quest. 64. artic. 7. ad quartum 2. 2. ubi assignans differentiam, cur liceat homicidium committere se defendendo pro conservatione propriae vitae; & tamen non liceat committere simplicem fornicationem, vel adulterium, vel quodcumque aliud peccatum mortale pro conservatione propriae vitae, cum vita spiritualis praefenda sit corporali: Actus, inquit, fornicationis, vel adulterii non ordinatur ad conservationem propriae vitae ex necessitate, sicut actus, ex quo quandoque sequitur homicidium.

An autem liceat aliquem inebriare ad detegendum aliquod secretum concernens publicam salutem, latissime examinavi in c. An. 33. usq. in fin. infra de reliq. & venerat. Sanctor.

DE COHABITATIONE Clericorum, & Mulierum.

Cap. Vestra.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerico fornicario non notorio licetè audiatur Divina, & percipiuntur sacramenta: si autem est notorius, abstinentur est, & n. 10. & 14. & seqq. Et quid post Constitutionem Concilii Constantiensis, n. 17. (privis)
- 2 Verba imperativi modi aequipollent verbis praecipientis, & n. 10. & seqq. usque ad n. 10.
- 3 Missa sacrosanctum non pollutur ex nequitia Sacerdotis, & n. 10. & seqq. usque ad n. 10.
- 4 Sacramenta transunt per Sacerdotem sicut aqua per lapideos canales.
- 5 Sacerdos quantum ad virtutem sacramenti, est mere instrumentum, & organum inanimatum, licet sit organum vivum quantum ad meritum personale.
- 6 Oratio sancti suscipitur duplici merito; sed prophani unico tantum. (seqq.)
- 7 Ecclesia quo sensa dicitur pollui ab indignis, & n. 10. (seqq.)



- 8 Sacerdos quantumcumque pollutus non potest divina sacramenta pollere, quae purgatoria cunctarum contagionum existunt.
- 9 Sacerdotes mali Sacramenta administrando se tantummodo ledunt, & inde alij commoda exhibeant, inde sibi dispensum praebent.
- 11 Clericus fornicarius si suspensus quoad se, sicut quilibet existens in peccato mortali, & gravissime peccat celebrando.
- 12 Non tamen incurrit irregularitatem.
- 13 Suspensio illata à Deo irregularitatem non inducit.
- 14 Clericus fornicarius si sit occultus, seu ab Ecclesia toleratus, non est suspensus quoad alios.
- 15 Secus si sit notorius notorietate turis. Et quid si sit notorius pro opera evidentiam, n. 16.
- 16 Sacerdos notorie concubinaris an sit vitandus in Divinis officijs, & Sacramentis antequam sit notus ab Episcopo.
- 17 Post Constitutionem Concilij Constantiensis non est vitandus, nisi fuerit nominatim denunciatus per sententiam, & n. seq.
- 18 Sacerdos notorie fornicarius an celebrando efficiatur irregularis.
- 19 Notorie criminosis, excommunicatis, vel suspensis à Canone post Concilium Constantense licet communicamus etiam in Divinis, & Sacramentis, nisi sint denominatim denunciati, vel notory Clericorum percolores.
- 20 Adveritatem notitiam pluribus modis pervenitur, & quilibet modus habet suum peculiare vocabulum.
- 21 Argumentum quid sit, & quot modis sumatur.
- 22 Praesumptio quid sit.
- 23 Praesumptio variatur, debilitatur, & fortificatur, prout suadent circumstantiae.
- 24 Praesumptio alia temeraria, alia probabilis, alia violenta.
- 25 Praesumptio alia turis, & de iure, seu Canonis, alia iuri tantum, alia hominis, alia natura, alia facti.
- 26 Iudicium quid sit, & unde dicatur.
- 27 Fama quid sit, & quotuplex. Fama de homine describitur, ibidem, & n. 41.
- 28 Fama proprie loquendo non potest esse nisi bona, & n. 42.
- 29 Famam suam negligens crudelis est.
- 30 De fama cum dubitatur, in loco conversationis est querendum.
- 31 Infamia quid sit, & quomodo contrahatur, & aboleatur.
- 32 Infamia iuris quae sit.
- 33 Infamia facti quae.
- 34 Infamiam facti removere solius Dei est.
- 35 Infamia surgens à malevolis, & inimicis, non sufficit ad inquirendum, & n. seq.
- Ora ex sententia Iudicis laici contra Clericum non attenditur, n. 129.
- 36 Ab inimicis, & amulis quod oritur, suspicio, & invidia non caret.
- 37 Infamia Canonica per peccatum contrahitur, & per penitentiam aboletur.
- 38 Fama inter homines descriptione variae, & n. seq.
- 39 Vox populi vulgo dicitur vox Dei. (quod)
- 40 Fama est pica rei gesta, vel qua reputatur pro gesta.
- 42 Fama vulgaris est publicus praeo virtutis; Infamia vitiorum.
- 43 Famam subreptam an, & quando detractores restituisse teneantur.

- 44 Rumor quid sit, & in quo differat à fama.
- 45 Occultum proprie quid sit, & n. seq. & n. 121.
- 46 Solum Dei iudicio reinguitur.
- 47 Ecclesia damnatur in genere, & penam infligit pro crimine occulto, sed occultum peccatorem manifeste, & specificè non puniunt.
- 48 Occultum penè quod dicatur, & n. seq. & n. 121.
- 49 Secretum dicitur quod sit in praesentia quinque personarum antequam iudicialiter sit diffusum, & n. 118.
- 50 Penè, & quasi dictiones diminunt aliquid de significatione eius, cui adiciuntur.
- 51 Occultum, & penè occultum qualiter differant.
- 52 Publicum quot modis dicatur. Et in quo differat à manifesto, n. 56.
- 53 Publicum ut quid dicatur, non est necesse ut singulorum auribus incalceatur.
- 54 Manifestum quot modis sumatur.
- 55 Manifestum prout distinguitur à notorio quid sit.
- 56 Et in quo differat à publico.
- 57 Manifestum ut inducatur quot homines requirantur, & n. 88. & 89. & 115.
- 58 Populum, seu plebem faciunt decem homines.
- 59 Decem homines possunt infamare Presbyterum, ne ei sit purgatio indicenda, & n. 117.
- 60 Famam, seu manifestum facit clamor tot hominum, quot ex clamore scandalum suscitatur, & n. 116.
- 61 Manifestum inducit acclamatio majoris partu populi.
- 62 Manifestum quot homines inducant, relinquitur arbitrio Iudicis, dummodo non excedat maiorem partem populi, & vicine. Nec sint infra decem, n. 88. & seq.
- 63 Manifestum, & famosum in quo differant.
- 64 Manifestum prout distinguitur contra omnino occultum, dici potest quodlibet probabile per duos testes. (testes)
- 65 Imò quod unus tantum vidit.
- 66 Notory materia difficilis est, & involuta.
- 67 Notorium quid sit, & quotuplex, & qualibet eius species.
- 68 Notorium in genere sumptum quid, & unde dicatur, & n. seq.
- Pars major totius populum representat, ibidem.
- 69 Notorium aliud iuris, aliud facti, aliud praesumptivum.
- 70 Notorium iuris qualiter describitur, & n. 76.
- 71 Confessio iure facta parit notorium.
- 72 Acta Iudicis faciunt probationem notoriam, dummodo sint publica, & sit conclusum in causa, aliàs secus. (n. 140.)
- 73 Sententia inducit notorium, si sit canonicè lata, & n. 140.
- 74 Etiam si factum, super quo lata est, nullo modo sit nihil generat seipsum. (probatum.)
- 77 Notory facti descriptione variae.
- 78 Notorium facti triplex, id est, facti permanentis, facti transeuntis, & facti interpolati.
- 79 Notorium facti permanentis quod dicatur, & exemplum.
- 80 Concubina publica detentio cadit sub notorio facti permanentis, copula vero sub notorio praesumptivis, nisi extaret soboles.
- 81 Vox praecisus cum sit transitoria, in notorium non transit: Editum secus.
- 82 Notory facti transeuntis exempla.
- 83 Notorium facti interpolati quod dicatur, & ejus exemplum.
- 84 Notorium praesumptivum quid sit.
- 85 Et illius exempla.

Fl

- 86 Filiatio verè probari non potest, sed ius vehementer praesumit cum filium, qui natus est ex nuptijs.
- 87 Notorium praesumptivum ut inducatur, qua requirantur.
- 88 Notorium facti ut inducatur, quot hominum scientia sit necessaria, & n. seq.
- 89 Decem homines faciunt Parochiam, & testimonium unius Parochiae facit crimen esse notorium, n. 90. & 117.
- 91 Tres homines faciunt Collegiū, duo Congregationē.
- 92 Iudicij arbitrio relinquitur, quot homines faciunt notorium.
- 93 Dummodo non sint major pars viciniae, nec pauciores, quàm decem.
- 94 In Notorys an ordo iuris sit servandus.
- 95 Citatio in notorys an, & quando requiratur.
- 96 Sententia in notorys an sit necessaria.
- 97 Notorium an requiratur probationem.
- 98 Quid in notorio facti permanentis.
- 99 Et quid in notorio iuris, vel possessionis.
- 100 Et quid in notorio facti interpolati.
- 101 Et quid in notorio facti transeuntis.
- 102 Notorium per quot testes probetur.
- 103 Appellatio an detur à sententia lata super notorio.
- 104 Notorius criminosis non auditur appellans.
- 105 Appellationis remedium non est ad defensionem inquirendum, sed ad praedictum innocentiae institutum.
- 106 Occultum delictum quando dicatur ad effectum, ut Confessores in vim litterarum S. Penitentiarie, vel Episcopum in vim Concilij Trium possint dispensare super irregularitate ex eo proveniente. Late discutitur, ut n. seq. usq. in fin.
- 107 Occultum quandoque accipitur prout distinguitur contra notorium, & n. seq. & n. 128.
- Contrarium, n. 109.
- Declaratur, n. 112. & 128.
- 108 Publicum est quod patet omnibus.
- 110 Famosum omne, & manifestum contra distinguitur à notorio.
- 111 Sacerdotibus pro crimine famoso, & non notorio inducitur Canonica purgatio, & si in purgatione defecerint, sunt deponendi. (publico.)
- 113 Occultum accipitur prout contradistinguitur à Contrarium, n. 116.
- Declaratur, n. 117.
- 114 Publicum dicitur quod est notum in Civitate, vel Parochia, seu vicinia, vel majori parte ipsius, dummodo ibi sint saltem decem homines.
- 115 Manifestum, vel famosum ut quid dicatur, duo copulative requiruntur. (per scandalū.)
- 116 Dispensatio in criminibus exceptis prohibetur pro-
- 118 Occultum accipitur pro penè occulto, & probabilis, & n. seq.
- Quod verum est large, secus secundum proprietatem vocabuli, & n. 121. & seq. & n. 127.
- 120 Tridentinum Concilium sess. 24. c. 6. expenditur, & n. 124.
- Penitentiaris stylus in dispensatione utroque machinante, & in absolute ab heresi. ib. ver. Porrò.
- 121 Occultum proprie dicitur, quod ex sui natura, vel ex accidenti probari non potest.
- 122 Nihil est proprie tale, quod non est simpliciter tale.
- 123 Verba secundum propriam significationem sunt accipienda, & propria significatio est, quae stricta est, & non larga, & n. 127.
- 125 Accusatus non statim reus est, sed qui convincitur criminosis.
- Declaratur, n. 126.

- 126 Accusatio sola, vel inquisitio facit ut delictum non sit occultum quoad hoc ut Episcopus non possit dispensare.
- 127 Dispensatus ab Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus testibus, licet non sit notorium, non est tunc in conscientia ex sententia S. Congregationis Concilij.
- 128 Occultum dici potest quod non est notorium, sed Concilium Tridentinum non est restringendum ad hanc acceptionem.
- 129 Occultum vix considerari potest in materia Bullarum contra damnos, & extrahentes frumenta, & ideo hic casus remittendi per Episcopos ad Sedem Apostolicam.
- 130 Occultum remanet delictum, etiam deducum ad forum concensuum, si reus facti absintus diffinitive.
- Et quid si ab observatione iudicij, n. 133.
- Et quid si meo de depravatis, & falsis testibus, n. 134.
- Et quid si accusator per a. nam lacrimis, n. 135.
- Et quia v. reus iurij dimissus cum cautione de se representando, n. 136. (centa.)
- 131 Reus quando diffinitive absolvatur ex capite innotuit. Et quando ab observatione iudicij tanquam non reus culpabilis, n. 133.
- 132 Innocentia verbum importat omnimodam carentiam criminis, & dolij.
- 136 Dispensare non potest Episcopus cum inquisitis de delicto, quod non potest probari, si nec diffinitive.
- 137 nec alia modo fuerint absoluti, sed amissi cum cautione de se representando.
- 138 Occultum remanet delictum non obstante sententia iudicis secularis contra Clericum lata, & fama inde suborta, & n. seq.
- 139 Irregularis non est Clericus condemnatus à Iudice laico uti particeps homicidij, quod non commisit, licet contra eum esset publica vox, & fama.
- 140 Dispensare non potest Episcopus in materia delicti ad forum concensuum deduci, & per sententiam puniri, & resellitur contraria opinio.
- 141 Occultum dicitur delictum si compluribus tantum sit notum.
- 142 Socij criminis regulariter in criminalibus recipi non possunt, nec recepti creditur.
- 143 Etiam si sint duo, vel plures contra eandem personam deponentes.
- 144 Iste ubi sunt proorsu inhabiles ad testimonium ferendam, numerus non supplet defectum.
- 145 Quod nihil est, supplementum non recipit.
- 146 Imperfecta plura in sua specie non faciunt unum perfectum.
- 147 Socij criminis in criminibus exceptis recipi possunt in testes, sed probationem non faciunt.
- 148 Dispensare potest Episcopus cum occulte excommunicato, qui publice celebravit.
- Secus si publice sit excommunicatus, & celebraverit occulte, ibid.

**V**ESTRA. A Clerico fornicatio non notorie licite audimus Divina, & percipimus Sacramenta; sed licet notorius, abstinere debemus, non tamen eo animo, ut credamus officia, vel Sacramenta illum fore pollutum. Hoc dicit Jo. Andr. Calderin. Bald. Butt. Cardinal. Anchar. Jo. de Anan. & Jo. à Capillirano. Vel aliter secundum Abb. insinuatendo verbis litterarum: A Clerico fornicatio quando toleratur, nec habet operis evidentiam licite audiuntur Divina, & percipiuntur Ecclesiastica Sacramenta: A notorio



verò abstinendum est, non quia in Sacramento sit defectus, sed ad ipsorum fornicatorum emendationem. Hoc dicit, & sunt duae partes: constitutio, & decisio. Secunda ibi, *Ceterum*, & est famosum cap. & multum difficile, ac solemniter repetitum ab Antonio de Butrio, & Jo. Calderino vol. 4. Reperitur, fol. 208.

2 Nota primò ibi, *Nullus audiat*. Verba imperativi modi aequipollere verbis praeceptivis, ut hic pater, & in c. *Nullus*, 32. dist. Nam per haec verba praecipitur, ut nemo Missam audiat Sacerdotis, quem sic indubitanter concubinam habere, ut hic per Butr. nu. 3. Abb. in 2. not. & Jo. à Capistran. nu. 2. Ad quod vide bonum textum in c. *Quisquis praecipit*, 14. q. 1. licet hoc non sit generaliter verum, ut legitur, & notatur in Clem. *Exivi de Paradiso*, *Ceterum*, de ver. significat. Quod tamen spectat ad casum hujus Decretalis, indubitanter est ea verba esse praeceptiva, quia hoc sub praeepto formaliter interdicitur in c. *Prater hoc*, 32. dist. ibi: Praecipiendo mandatum, ut nullus Missam audiat Presbyteri, quem sic concubinam habere indubitanter.

3 Secundo nota ibi, *quantumcumque pollutus fuerit*, ex nequitia Sacerdotis Missae sacrificium non polli, nec inquinari, quia virtutem, & efficaciam habet ex opere operato, id est, ex consecratione Corporis, & sanguinis Christi, in quo consistit essentialiter oblatio, c. *Veram*, de consecrat. dist. 2. c. ult. l. 1. q. 8. d. c. *Prater*, §. *Verum* 32. dist. & patet ex Concilio Trid. sess. 22. de sacrificio Missae, cap. 2: ibi: Et haec quidem munda illa oblatio est, quae nulla indignitate, vel malitia offerentium inquinari potest. Et tenent Theologi omnes post D. Thom. in 3. part. q. 82. a. 6. transeunt enim Sacramenta per Sacerdotes, sicut transit aqua per lapideos canales, quae nihil germinat super lapide, nec contaminatur, ut in cap. *Si iustus fuerit*, 1. q. 1. Abb. hic in 4. not. Unde Augustin. in c. *Intra Catholicam*, ead. caus. & *quasi*, Intra Catholicam, inquit, Ecclesiam in mysterio Corporis, & sanguinis Domini nihil à bono majus, nihil à malo minus perficitur Sacerdote, quia non in merito consecrantis, sed in verbo perficitur Creatoris, & virtute Spiritus Sancti. Quod egregie explicat Scot. in quod. 20. §. de secundo, in hac verba: Sacerdos quantum ad virtutem sacrificij est merè instrumentum, quia organum inanimatum, licet enim sit organum vivum quantum ad meritum personale in celebrando, quia sic mereri est ejus in quantum in se vivit vita gratiae: tamen quantum ad illud bonum, quod debetur virtute sacrificij, est organum praecise ratione ordinis, & aequè provent effectus iste virtute sacrificij, etiam immittit in se non vivat vitâ gratiae. Hæc ille. Et ita hæc est differentia inter sacerdotem sanctum, & prophanum, quia oratio sancti fulcitur duplici merito; sed prophani unico tantum, secundum Holt. *vicen.* 4. in fin. & Jo. Andr. n. 2. circa fin. *ver. Inter Sacerdotem*, in oppositum tamen videntur jura in c. *Sic populus*, 1. q. 1. ibi: Quamvis enim sancta videatur specie sui, quæ offeruntur à talibus, tamen quia facta sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia pollutentur, & in cap. *Multi*, ead. caus. & *quasi*, ibi: Polluimus itaque panem, id est, Corpus Christi, quando indigni accedimus ad altare, & sordidi mundum sanguinem bibimus. At respondetur, re verâ nullum polluere Sacramenta, ut hic

8 dicitur. Quid enim firmum, & stabile, si sanctitas incorrupta corrumpatur. *l. Si quemquam*, c. de *resepis*, c. *Cleric*. Itaque ut legitur in c. *fin.* 1. q. 1. non potest aliquis quantumcumque pollutus, sacramenta divina pollueri, quæ purgatoria clarum contagionem exilium, nec potest solis radiis per cloacas, & latrinas transiens aliquid inde contaminacionis attrahere. Proinde quævisque Sacerdos sit, quæ sancta sunt coquinare non potest. Idcirco ab eo, ut in quoque iudicio Episcoporum reprobetur, communio percipienda est, quoniam mali bona administrando se tantummodo laedunt, & cerea fax accensa libi quidem detrimentum praestat, alijs vero lumen in tenebris administat; & unde alij commodium exhibet, inde sibi dispendium peribet. Sumite ergo intrepidi ab omni Sacerdote, &c. Hæc ibi. Verum tamen pollutus quantum in se est, pollutit sacramenta: vel melius dicitur, pollueret semetipsum. Et sic intelligitur contraria, ut c. *Secundum*, 19. dist. & d. c. *Si iustus fuerit*, 1. q. 1. secundum Holt. *hic n. 4.* Jo. Andr. 2. *ver. solutio*, Abbatem n. 2. *ver. iura ergo*, & Jo. à Capistrano, num. 8.

9 Tertiò nota in *verf. Ceterum*, tres qualitates delicti: quoddam est notorium, quoddam occultum, & quoddam penè occultum. Item nota tria, ex quibus notorium insurgit, videlicet ex confessione, ex sententia, & ex operis evidentiâ. Sed de his latius dicam infra in declaratione materis.

10 Quartò nota, in *verf. s. ne dubit avone*. A Clericis fornicariis licitum esse divina mysteria audire, & Ecclesiastica sacramenta percipere si sint occultis, seu ab Ecclesia tolerati: secus verò si sint notorii per operis evidentiâ. Sed hoc ultimum hodie corrigitur per Constitutionem Concilij Constantiensis, ut dicam infra in 2. q. 17.

11 Nunç pro declaratione textus, QUÆRO primò, An Clericus fornicarius sit suspensus quoad se? Et dic breviter esse suspensum sicut quilibet alius exilens in peccato mortali, ut c. *ult. in fi. eod.* Unde gravissimè peccat celebrando, c. *Quoridie*, de consecratione, dist. 2. c. *De homine*, de celebrat. *Missar.* & tenet gloss. in c. *Testamentum*, in *verf. humiliter*, 6. dist. & Abb. *hic n. 4.* Hæc tamen suspensio quoad se non est censura Ecclesiastica de qua loquitur textus in c. *Querentis*, de *verb. signifi.* & de *Cleric. excom. ministr.* per *tot.* & ideo celebrando irregularitatem non incurrit, cum hoc non sit in jure expressum, c. *is qui de sent. excom. lib. 6.* & ibi habes bonam glossam in *verf. in jure*. Certum est enim suspensionem illatam à

12 Deo irregularitatem non inducere, ut hic per Ancharan. 2. 12. circa medi. *verf. videretur*, & Jo. de Imol. in c. *fin.* n. 6. *infra eod.*

13 QUÆRO secundo, An Clericus fornicarius sit suspensus quoad alios, ita ut peccet audientes ab eo divina, vel percipientes Eccles. sacramenta?

Pro solucione distingue: nam aut est occultus, seu toleratus, & non est suspensus quoad alios, & ideo alij non peccant, ut hic pater, & in d. c. *ult. infra eod.* Aut est notorius notorieque juris, id est, per confessionem spontaneam in iudicio factam, vel per sententiam iudicis, & tunc est suspensus etiam quoad alios, & ideo licitum non est eum audire, & peccat contrahentes, quia veniunt contra preceptum Ecclesie, ut similiter probatur hic, & in d. c. *ult.* Sed dubium est, quid si sit notorium notorieque facti, ut quia palam, &

16 publicè habet concubinam in domo, nec fuit in iudicio confessus, vel per sententiam condemnatus. Et hoc sunt principaliter duæ opiniones. Quidam enim, quostacito nomine recentet Abbas *hic n. 6.* tenent sine aliqua monitione esse à talibus abstinendum, ut videntur sentire multi in cap. *Si qui supra eod.* & in cap. *Si celebrat.* de *Cler. excom. ministr.* unde Holt. *hic*, Jo. Andr. & Ant. de Butr. non requirunt monitionem. Et pro hac opinione pondero textum in d. c. *ult. infra eod.* ubi primo deciditur Clericum in fornicationem prolapsum non debere in officiis evitari, quia licet sit suspensus quoad seipsum, non tamen est suspensus quoad alios. & mox subiungit limitatio per hæc verba: nisi peccatum huiusmodi notorium per sententiam, seu per confessionem factam in iure, aut per evidentiâ rei, quæ tergiversatione aliqua celari non possit. & sic æquiparantur quoad hoc notorium juris, & notorium facti, nec ulla fit mentio de monitione. & idem patet in hac Decretali. Sed Hugo, Laurentius, & Archidiaconus in c. *Nullus* 32. dist. & in c. *Si quis 81. dist.* Jo. de Lignano, & Card. *hic n. 10.* in 6. *oppos.* & n. 12. censent, monitionem esse necessariam, quia populus nisi præcedat monitio, non videtur habere indubitatam scientiam de concubinato, ut Canones requirunt, cum possit Clericus habere aliquam excusationem. Pro concordia, hoc iure inspecto, placet distinctio, in qua finaliter residet *Abbas hic n. 6.* circa medi. *verf. sed cogitavi*, videlicet quod aut fornicatio est adeo notoria, ut nullam habeat dubitationem, sicut videmus in pluribus Clericis, qui tenent ita publicè concubinas sicut uxores, & palam nutriunt filios, ita ut nec ipsi hoc audeant dissimulare: tunc est omnino à talibus abstinendum sine alia monitione. & pro hac parte facit textus *hic* in fine ibi, *nec habet operis evidentiâ* Et melius in cap. *Tus*, & in d. c. *ult. infra eod.* ubi non tantum requiritur, ut factum sit notorium, sed etiam additur, ut nulla possit tergiversatione celari, nec ulla requiritur monitio. Et ex contrario sequeretur, ut nunquâ fornicatio posset esse notoria: aut fornicatio non habet illam evidentiâ, sed potest probabiliter tergiversari, puta quia concubina habitat cum matre Clerici, & asserit eâ esse matris pedissequâ, seu ancillam, vel quid simile: & tunc procedit contraria opinio Hugonis, & sequaci, ut expectetur monitio, & ejus contemptus, & hanc putat Ab. esse mentè juris

17 Tu verò dicas hanc controversiâ, & distinctione hodie sublatam esse per Constitutionem Martini V. *Ad evitanda*, in Concilio Constantiensis editâ, quæ ad evitanda scandala, & multa pericula, quæ conscientis timoratis contingere possent, indulget, ut nemo deinceps à comunione alicujus in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alijs quibuscumque divinis, vel extra teneatur abstinere, vel alique vitare prætextu excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, nisi à iudice specialiter, & nominatim fuerint denunciati, vel in sententiam Canonis, si quis suadente, adeo consisterit incidisse, ut nulla possit tergiversatione celari. Quare illi tantum excommunicati, suspensi, vel interdicti dicuntur non tolerari ab Ecclesia, ut eos vitare teneamur, & ab eorum comunione in divinatorum audicione, vel Sacramentorum perceptione, vel alias abstinere, qui per sententiam hominis sunt no-

minatim denunciati, aut notorii Clericorum percussores. Id quæ jam rord. Ecclesie receptissimè esse attestantur Card. Cajetan. in *Summa* *verf. Excom. major*, & in 2. q. 2. art. 2. *Sot.* in 4. *sent. dist. 22. q. 1. art. 4.* Navar. in *Manuali* c. 27. n. 33. Covar. in c. *Alma mater* p. 1. §. 2. n. 9. *verf. Superfligitur*. Verba hujus constitutionis retuli in c. *Quod à Prædecessore*, n. 54. *infra de schismat.* et de illius auctoritate, et intelligentia egi latissime ibi a. n. 39. *supra ad n. 57.* ubi plene videas. Itaque Clericus concubiniarius notorieque facti, seu per operis evidentiâ hodie dicitur toleratus, nec ante denunciationem est suspensus quoad alios quantum ad hoc, ut non liceat ei communicare in divinis, & perceptione sacramentorum, cujus oppositum hic deciditur.

18 Proceedit autem hæc conclusio etiam si teneamus opinionem, quam contra Innocentium Jo. de Lignano, Cardin. et Anchar. tenet Abb. *hic n. 7.* quod Clericus notorie fornicarius per operis evidentiâ sic ipso jure suspensus, non modo suspensione indirecta respectu audientium, quibus verba prohibitionis dirigitur, sed etiam suspensione directa, per text. in c. *Prater hoc*, 32. dist. adeo ut celebrans efficiatur irregularis. De cuius opinionis veritate latius disseram in c. *final.* in *ult. not. infra eodem*. Quamvis, inquam, teneamus hanc opinionem Abbatis, nihilominus hodie à Clerico notorio fornicario, etiam per operis evidentiâ utcumque suspensus ab officio suspensione directa licite audire possumus divina, et percipere ecclesiastica sacramenta, quia ex prædicta Constitutione Constantiensis Concilij licite communicamus suspensionis non denunciati per sententiam hominis, etiam in sacramentorum administratione, et alijs quibuscumque divinis, ut ostensum est supra. Ea enim Constitutio vendicatur sibi locum etiam in Clericis notorie fornicariis, ut tenet Navar. in c. 1. §. *Labores* n. 10. de *penit.* dist. 6. Gutier. *Canoniar. quæst. lib. 2. c. 7. n. 85.* Suarez de *Confer. rom.* 5. dist. 31. lect. 4. n. 16. & *rom.* 3. dist. 18. secta. & dist. 88. secta *ult.* circa finem. Nicol. Garz. de *Benef. par.* 7. cap. 14. a. n. 36. & alij Recentiores. Et quod diximus de fornicariis, idem intelligas de quibuscumque alijs criminosis à Canone excommunicatis, suspensis, vel interdictis, non enim hodie prohibemur audire divina, & sacramenta percipere nisi ab iis, qui propter crimen per sententiâ hominis sunt publice suspensi, excommunicati, vel interdicti, nec non ab iis, qui sunt notorii Clericorum percussores: & sic inutilis est hodie distinctio quam facit *Abbas hic n. 9.* inter suspensos seu præciosos ab homine, & suspensos à Canone, & eos, qui nec ab homine, nec à Canone sunt suspensi, sed jacent in peccato; Quamvis quidem ex dicta Constitutione *Ad evitanda*, solùm distinguimus an sint nominatim denunciati, & notorii Clericorum percussores, necne, & reliquis omnibus criminosis etiam notoriis per operis evidentiâ, et censura irretitis à Canone licite communicamus, ut dictum est.

19 20 Nunc descendamus ad materiam notorii. Et ad pleniorum intelligentiam, & de declarationem terminorum, præmittendum est pluribus, & variis modis ad notitiam veritatis perveniri, & quemlibet modum habere suum proprium, & peculiare nomen, ut hic plenè per Jo. Cald. n. 27. Ant. de Butr. n. 30. Petrum de Anagn. n. 13. & Abb.



n. 10 circa finem, vers. Ad primum, & n. 1099: et alios committunt. Sunt enim Argumentum, presumpcio iudicium, fama, Rumor, Occultum, Publicum, Manifestum, & Notorium.

- 21 Argumentum, secundum Calder. hic n. 28. est illatio rei dubia fidei faciens, de quo loquitur cap. in quodam infra de celebrat. Misit tibi, nec vero possit argumentum probari, vel secundum Anton. de Butt. hic sub n. 30. col. 1. ante med. Argumentum est rei dubia ostensio in gradu materiae subiectae possibili. Et hoc dupliciter sumitur: Primo sicut pro discursu intellectuali in finem scientiae, ut philosophicus, & enthymema: & hoc spectat ad Dialecticam, & dividitur in quatuor species, ut notat Calder. in rubr. supra de Sum. Trin. & sub. C. ubi. & interium eo utitur etiam iudex in concludendo ex probationibus, ut in l. primum C. de contrahen. & committen. stipular. & in c. ex tenete de testib. cum sim. lib. Nam si Titius hodie est Romae, sequitur non sit Parisius, & haec illatio si trahat originem a sensu corporeo, fit ex argumentis, ut hic patet, & in cap. cum ex inanimato de heret. lib. C. Deinde, sumitur argumentum large secundum Calder. hic n. 28. prout mentem, vel intellectum arguit, id est de ignorantia reprehendit. Et sic omne id, per quod intellectus illuminatur qualitercumque dicitur argumentum. Unde et si non iure, aut vere inferat, tamen si ad intellectum informandum inducitur, argumentum dici potest, ut dicit. c. cum ex inanimato. ibi: Quod si forte quis arguit, &c. Et sic sumptum comprehendit omnem probationis modum plenum, semiplenum, & debilem, ut l. 1. ff. de testib. Sala: 4. q. 3. C. sum. quarum 2. q. 6. c. Præterea, in fin. supra de testib. & l. 2. C. Quar. appell. non recip.
- 22 Præsumptio, secundum Speculat. in tit. de præsumpt. in prin. est argumentum ad credendum unum factum surgens ex probatione alterius, puta ex cohabitatione personarum suspectarum præsumitur coitus, c. Nec aliqua, 27. q. 1. c. Dixit Dominus, 32. q. 1. c. Licet de præsumpt. Vel præsumptio est cognitio ex circumstantiis resultans, c. ex studii, & per totum, supra de præsumpt. secundum Calder. hic n. 29. Alex. cons. 89. Viso themate n. 7. & seq. vers. & similiter, lib. 3. Unde variatur, debilitatur, fortificatur plus, & minus, prout suadent circumstantiae, ex quibus resultat. de quo pl. in c. Ferran, 50. dist. in c. Is qui de sponsali in c. primo super, 2. q. 1. in c. Quanto de præsumpt. & in Speculatore eod. tit. de præsumpt. Quo fit, ut quaedam præsumptio sit temeraria, quae rejicitur, c. Oves, 6. q. 1. quaedam probabilis, quae quandoque purgationem indicit, infra de purgat. Canonica, per tot. quaedam violenta, quae fit appellatur, quia in applicando animum violentam mentem iudicis, & ideo sufficit ad condemnationem, ut cap. Asserte de præsumpt. & dicit. Dixit Dominus, 32. q. 1. & notat glof. l. in d. c. Quanto, eod. tit. Speculat. dist. tit. de præsumpt. s. species n. 1. & Butt. hic n. 30. col. 1. post medium vers. secundum gradus. Rursus alia præsumptio est legis, vel Canonis, seu Juris, & de Jure, quae probationem in contrarium non admittit: alia est Juris tantum, contra quam admittitur probatio, alia hominis, alia naturae, alia facti, ut distinguit, & declarat glof. in c. Is qui fidem, in ver. contra præsumptionem, infra de Sponsal.

Indicium secundum Io. Andr. in Addit. ad Spe-

cular. in tit. de Probat. s. Videndum, n. 19. lit. E. est notabile signum maleficii, vel alterius rei ad ipsius veritatem habendam. Vel indicium est signum, ex quo procedit presumpcio, secundum Calder. n. 30. vel informantis animum ad suspicandum, secundum Ant. de Butt. ubi supra. Vel aliter secundum Abbatem n. 12. in fin. Indicium proprie est notabile signum alicujus delicti, rei, seu facti, quod subiicitur necessitati probandae, & largo modo argumentum potest dici indicium, ut dicitur in cap. Foras de ver. significat. & dicitur indicium ab indicando, id est monstrando. c. Qui cum fore, infra de for. 1. solent. ff. de praescript. verb. Ceterum quamvis proportione indicium ad quemlibet gradum probationis, tamen sumitur potius in jure pro gradu animo iudicis suspicionem ingerente, ut dicit Io. Andr. in Addit. ad Speculat. loc. citat. & Guiliel. de Suza in quæst. Statutorum sub littera S. quos refert, & sequitur Butt. ubi supra.

- 27 Fama duplex est, scilicet de homine, & inter homines. Fama de homine est illa dignitatis status, vita, & moribus comprobatus, l. Cognitio n. s. ex estimatio ff. de vari. & extraordinar. cognitio: prout originaliter descripti, glof. in c. Infames, in ver. Infamia, 3. q. 7. Speculat. in rinde Notorius criminibus, s. Fama, in prin. Salycet. post lacc b de Aren. in l. eo quidem n. 92. C. de Accusat. Calder. hic n. 31. & alii post eum. Haec tamen descriptio venit bonae famae dumtaxat: nam si mala est, vulgo quidem fama vocatur, sed debet dici opinio voce populi nuntiata: proprie autem loquendo, & ab excellentiori extremo non potest esse nisi bona sit, quia fama est argumentum virtutis, ut eleganter inquit Bald. in c. in Genesi n. 66 supra de elect. Et haec fama, qui negligit crudelitas est, c. Nolo, 12. q. 1. Unde Apostolus 1. ad Corinth. 9. Expedit magis mori, quam ut gloriam meam quis eracnet, c. Sacerdos, 12. q. 2. & curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri magni, & pretiosi, ut Ecclesiasti: 4. Item melius est nomen bonum quam unguenta pretiosa, ut Ecclesiasti: 7. Item lux oculo rum laetificat animam, fama bona impinguat ofensa, ut Proverb. 17. Unde quamvis principaliter fit cavendum de bona vita: tamen quantum possibile est, curandum est etiam de bono nomine, & bona fama, ne proximi scandalizent, c. Inter verba: 11. q. 3. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama, c. Non sunt, eod. caus. & quæst. Quod si de hac fama dubitetur in loco conversationis est querendum, c. Postquam, & cap. Scriptum, de elect. c. Cum in juventute, de præsumpt. c. penult. & c. Cum dilectum, de purgat. Canonica. Salycet. in d. l. ea quidem, n. 103. C. de Accusat. Fama contrarium est infamia, scilicet lesa dignitatis status, vita, & moribus reprobatus, secundum Calder. hic n. 31. & Salycetum in d. l. ea quidem, n. 92. vers. Mala verò. Quae quomodo contrahatur, habetur in s. Tria, ad fin. 3. q. 7. & quomodo aboleatur, in c. 2. 6. q. 1. Infamia alia juris, alia facti, ut notat præcitata glof. in c. Infames, s. Porro, 3. q. 7. Infamia juris est, quæ a jure irrogatur cum quis per sententiam de crimine publico condemnatur civiliter, vel criminaliter: aut de delicto privato, si sit talis, quod descendat ex actione famosa, l. Infame, ff. de public. iudic. & non agatur civiliter, sed criminaliter, l. 2. ff. de crimin. Stellion. nisi in casibus, de quibus in eadem glof. post med. vers. Sed si civiliter

- 33 ter. Infamia facti est cum quis aggravatur, vel infamatur apud bonos, & graves, de quo agitur in l. 2. & l. Lave, ff. de obsequ. liber. c. Suis plurimi, 6. q. 1. Scilicet, quando lesa est fama alicujus propter factum quod commisit, apud bonos, & graves. Et hanc infamiam omnino removere solius Dei est, c. Ex turam, & ibi glof. final. de Purgat.
- 35 Canonica. Ex infamia tamen surgente a malevolis, & inimicis non potest procedi contra aliquem, c. Caveant, 3. q. 9. c. Qualiter, l. 2. de Accusat. & notat Innoc. in c. Tua, n. 1. ibi. Hoc adducit inquisitionem, nisi a recto homine amulo, vel inimico habeat originem, infra eodem. Quia quod ab inimicis, & amulis oritur, suspicione, vel invidia non caret, l. 1. C. Si quis Imper. male dix. & sequitur Baldus in d. c. Tua, n. 3. vers. Sed iudex, & Salycet. in d. l. ea quidem, n. 104. vers. Interdum, C. de Accusat. est et tertia species infamiae, quae appellatur Canonica, de qua, c. 2. 6. q. 1. et ibi per Archidiaconum, n. 2. et in c. Si Episcopus n. 2. 50. dist. et in c. Testes, 2. q. 7. Et haec irrogatur ex quolibet peccato mortali, in c. omnes, et ibi glof. l. 1. 6. q. 1. et aboleatur per penitentiam quando orta est ex crimine occulto: sed non quando ortum habuit ex crimine manifesto, gl. in c. Illi qui, in ver. dist. ead. caus. & quæst. Speculat. in tit. de teste, s. Opponitur, n. 86.
- 38 Fama inter homines est publica, seu famosa, et communis infamatio, vel proclamatio ex sola suspicione, et certo auctore proveniens, cap. Sicut nonnulli, 45. dist. in c. Sandum in fine de consecr. dist. 4. c. Cum infamante, de Purgatione Canonica: et infra cap. Proximo, et sic describitur a Io. Andr. hic n. 9. vers. Fama verò inter homines, et Calder. hic n. 32. vel secundum Speculat. in tit. de Notor. criminibus, s. Fama, n. 1. & 2. et eundem Calder. ubi supra, est vulgi loci, seu majoris partis vehementis opinio rei, de qua quaritur, consentiens, c. Inquisitioni, in fin. infra de Accusat. l. 3. s. ejusdem, ff. de testam. cap. Saepè, 4. q. 3. c. Littera, et c. Tertio loco supra de præsumpt. vel secundum Bart. in l. de minore, s. Plurimum, n. 7. de quæstion. Fama est communis opinio voce manifestata ex suspicione proveniens: et grosso modo dicitur, Vox populi, et in vulgari dicimus, Vox populi, vox Dei, quia opinio, in qua omnes concurrunt, vel major pars, præsumitur in se habere rationem, ut Bald. inquit hic n. 2. et in c. Quoniam, nu. 62, supra de probat. et est pica rei gestae, vel quae reputatur pro gesta, ut idem ait in d. c. in Genesi n. 64. de elect. Utramque famam de homine, & inter homines sic describit ipse Bald. in c. Dilecti, 3. de Appellat. Fama naturalis est status hominis ex radice naturae proveniens, & inhærens fama vulgaris est publica præco virtutis, infamia vitiorum, & in cap. Tua, n. 2. infra eod. Fama inquit, quoad se, id est, in se ipsa, essentialiter, & verè est veritas, & integer status bonae opinionis: sed quoad alios est proclamatio, & murmuratio populi, & infra n. 5. Fama famans est vox in auribus populi sonans, materiam autem famae, & infamiam latè prosequitur Speculat. in tit. de Notorius criminibus, d. s. fama, & Io. Andr. ibi in Addit. & Salycet. in d. l. ea quidem, C. de Accusat. ubi eam declarat per novem quæstiones à n. 92. usque ad finem.
- 43 Qualiter autem restituantur fama subtrahat: Dicat detractorem posse alicui auferre famam tripliciter, Primo, verum dicendo, & iuste, puta

cum aliquis crimen alterius prodie servato ordine charitatis, Matthaei 18. Si peccaverit in te, &c. & cap. Si peccaverit, 2. q. 1. & tunc non tenetur ad restitutionem famae. Secundo, falsum, dicendo, & injustè: & tunc tenetur fama restituere confitendo se falsum dixisse, & injustè, & in præsentia eorum, eorum quibus infamavit eum, quantum fieri potest, ut si occultè, & occultè si palam, palam, ut c. Quidam, 5. q. 1. & in c. sent. dist. 15 per Riccard. & Scot. Tertio, verum dicendo, sed injustè, ut quia prodit crimen alterius verum, sed contra ordinem charitatis: & tunc tenetur restituere famam quantum potest sine mendacio, ut dicendo se male dixisse, & injustè difamasse. Quod si non possit ei commode famam restituere, debet ei aliter recompeniare sicut in aliis injuriis, ut c. 1. de injur. & damn. dat. Et probantur hæc in c. Si res, 1. 4. q. 6. & in c. Falas, de panit. dist. 5. & per D. Thom. in 2. 2. q. 62. art. 2. ad 2. & qu. 73. art. 2. in corpore, & in 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 5. q. 2. Ad primum, & Jo. a Capistrano hic n. 26. vers. Qualiter autem restituantur.

44 Rumor est particularis infamatio, seu proclamatio, c. Super eo, infra de eo, qui cogn. consens. uxore, sua, ex sola suspicione, cap. Esu de elect. & incerto auctore proveniens, cap. Veniens, c. 7. ca. princ. de Regular. Host. hic n. 3. Jo. Andr. n. 11. Calder. n. 33. & alii communiter, Speculat. in tit. de Notor. criminibus, s. Nunc de Rumore, n. 1. Et ex hoc patet in quo differat a fama, quia rumor ab incerto, fama a certo procedit auctore. Item differunt ratione materiae, quia fama majoris partis viciniae, rumor autem alterius partis, vel minoris, ut mediz, tertiz, vel quartæ, secundum Ant. de Butt. hic n. 30. col. 1. in prin. vers. Ad gradum, & ante eum Holt. in d. cap. super eo, n. 1. in ver. aliqua pars, ubi ait, rumorem dici clamorem alicujus partis viciniae, famam verò totius civitatis: & sic rumor est quid minus, quam fama, secundum Abb. hic n. 12. in fin. vers. Rumor verò, & tenet glof. ubi in d. c. super eo, Præterea, ut inquit Baldus in prælegat. c. Proximo, n. 5. infra eod. Fama vires suas eundem, & perseverando extendit. Unde Virgilius 4. Aeneid. Fama malum, quo non aliud velocius ullum, Mobilitate viger, viresque acquiri eundo, juxta illud Psalm. 18. In omnem terram exivit sonus eorum, &c. Rumor autem quandoque cito definit, ut l. fin. ff. de Heredit. instituen.

45 Occultum proprie dicitur quod nulla ratione probari potest, c. unico, infra, ut Ecclesiasti. Ben. Speculat. in tit. de Notorio, s. Nunc de occulto, n. 1. & hic tradunt Host. num. 1. 4. Jo. Andr. n. 12. Calder. nu. 34. Henric. Boic. num. 5. Butt. num. 3. post princ. Cardin. n. 8. Anchar. n. 14. Abb. n. 10. in fin. vers. Occultum proprie, Jo. a Capistrano n. 40. & nullus discrepat: & ideo solius Dei iudicio relinquunt, c. Consultuisti, vers. Spontanea, 2. quæst. s. commissa, 6. q. 1. c. Erubescant, 32. dist. cap. Sicut tunc, in fin. & c. seq. de Simonia. Facit text. in l. duo sunt Titii, ff. de testam. tutel. quia latentia peccata vindictam non habeant, c. Christiana, 32. q. 1. glof. hic in ver. occultum, id est humano iudicio non subijciuntur, ut hic in glof. marginali in eod. ver. occultum. Adverte tamen, quia Ecclesia in genere damnat, & verbalem poenam infligit pro crimine occulto, sed occultum peccatum specialiter id est manifestè, & specificè non puniunt, id est, non publi-



publice, nisi fiat fides. Et ita intelligas jura preallegata. Et quod notatur in Clemen. Multorum, ad fin. de haret. secundum Calder hic d. num. 34. & Cardin. n. 18. vers. Sed in genere quandoque puniunt. Et adde quod in proposito scripti in c. Dolentes, a n. 2. 3. usque ad n. 5. infra de celebrat. Missar. maxime n. 58. & n. 64.

Penē occultum est singularis, & privata infamatio ex scientia, & certo auctore proveniens, ut describit Alberic. in Dictionar. in ver. Occultum, vers. Penē occultum est. Et dicitur quod per paucos, vel difficulter probari potest, puta per duos, vel tres, aut quinque: nam secretum dicitur, quod fit in presentia quinque personarum antequam judicialiter sit disculsum, ut §. Hac ergo secreta circa medium, vers. filiam namque archiepiscopi, & ibi notat gloss. in ver. Secreta, post cap. Quia aliquando, de penis, dist. 1. & ideo donec clare fiat fides, ab Ecclesia toleratur, ut hic; & notatur Speculator in tit. de notor. crimin. §. Penē occultum, n. 1. Host. hic n. 15. Calder. n. 35. Abb. n. 11. Jo. Andr. Henric. Boic. Butr. & alii in loci proxime citato.

Et dicitur penē occultum ad differentiam occultum simpliciter, quia dictio, penē, dimittit aliquid de significatione ejus, cui adjectum est. Dudum il de elec. licet dictio quasi, c. Relatum, & ibi gloss. 1. de offic. delegat. Itaque in hoc differunt occultum, & penē occultum, secundum Cardin. hic n. 18. quia occultum dicitur actu, & habitu; penē occultum actu, sed non habitu. Occultum non est possibile ut unquam manifestetur, vel saltem per modum probationum probari non potest, & ideo non cadit nisi sub punitione ecclesie. Illud dicitur occultum proprie; hoc verò non dicitur proprie occultum, sed quali occultum, ut in textu. Moderni tamen Theologi accipiunt occultum prout contra distinguitur à publico, ut dicam infra, l. 13.

Publicum est nomen generale, & verificatur in notorio, & quandoque in fama, secundum Abb. hic n. 11. vers. Publicum verò. Unde notorium potest dici publicum sicut id, quod constat per famam ut est textus in c. Tu infra eod. & idem q. uali de manifesto secundum eum. Unde ut inquit Bart. per illum textum in l. 1. §. consequens n. 1. ff. de suspent. tutor. Publicum est illud, quod omnibus patet: Item illud, quod ponitur in porta alicujus ecclesie, dicitur esse publicum, ut idem Bart. notat in Auth. Quomodo oporteat Episcop. §. Sed neque, n. 2. Ad hoc tamen ut quid dicatur esse publicum, non requiritur ut ipsius notitia singulorum auribus inculcetur, sed satis est ut publice sit actum, ut legitur in cap. 1. supra de Postulat. Prætor. & idem Abb. tradit in cons. 99. Illud in presentiarum, n. 1. lib. 1. & dicitur quandoque publicum, quod probari per testes potest, ut per eum qui ad hoc allegat glossam nostram in ver. notorium, & secundum hoc pro eodem accipiuntur penē occultum, & publicum, quorum oppositum est occultum, ut satis dicitur infra n. 121.

Manifestum sumitur duobus modis, secundum Calder. hic n. 36. & Cardin. n. 19. videlicet, ut est genus, & includit sub se manifestum, ut est species, & notorium. Unde vera est assertio: Omne notorium est manifestum. cum olim, & c. super quibusdam de verb. signifi. c. Manifesta, & c. de manifest. 2. q. 1. Sed non convertitur, quia aliqua dicuntur manifesta non notoria, et tunc est spe-

cies à notorio distincta, quia non patet, sed de facili potest patere, vel probari, cap. eorum n. 3. Probatum hac distinctio in c. De hoc, infra de Simonia. Et adde Feder. de Sen. in cons. 8. incip. Quæstio quomodo accipiatur manifestum, per totum. Est autem manifestum, prout distinguitur à notorio, publica, seu famosa inlinatione, vel proclamatione, & communis ex certa scientia, & certis auctoribus proveniens; & sic describitur à Speculatore in tit. de not. crimin. §. sequitur de manifesto, nu. 1. Jo. Andr. hic n. 9. in fin. Calder. n. 36. vers. Est autem manifestum. Butr. n. 33. Henric. Boich. n. 2. & Abb. n. 12. Dicitur famosa infamatio, vel proclamatio, quia oportet ut fama concurrat cum veritate ad inducendum manifestum. Et ex hoc assignari potest subtilis differentia inter publicum & manifestum, secundum Ant. de Butr. ubi supra, videlicet ut illud dicitur publicum, quod est factum præteritis multis, sed non est famosum. Ad hoc bonus textus in cap. 1. supra de Postulat. Prætor. Manifestum verò, quod fecum habet famam; & secundum hoc omne manifestum habet in se publicum, sed non omne publicum habet manifestum; & sic illam proportionem habet manifestum ad publicum, quam habet notorium ad manifestum, secundum ea, quæ dicta sunt supra, n. 4. Sequitur in descriptione vers. communis, quia manifestum debet esse multorum; nam satis non esset duos vel tres testes hoc scivisse, ut sic differat à probatione, & à publico, ad quod sufficunt duo, vel tres testes, ut dixi supra n. 52. Quot autem requirantur ad inducendum manifestum, Doctores non conveniunt; & forè sufficunt decem, ut dicit gloss. 1. in cap. de manifesta, 2. q. 1. per tex. in cap. unius vers. Sed & hoc, 10. q. 3.

Nam decem homines faciunt plebem, sed populum, ut ibi notat gloss. in verbo mancipia. & Archid. n. 7. gloss. in cap. 1. in ver. Duo, de elect. Bart. in l. Prætor. l. 2. in prin. n. 2. & 3. ff. de vi honor. rapor. & ex hoc inferunt gloss. & Archid. in d. c. Vnia. ut decem possint inflamare Presbyterium juxta text. in c. Presbyterii à plebe 2. q. 5. ubi Presbyter à plebe sibi commissa mala opinione infamatus, si Episcopus legitimis testibus hoc probare non potuerit, jubetur suspendi, ne populus in eo scandalum patiat, ut ibi dicitur. Sive ergo à decem, sive à pluribus de suis sit infamatus, dicitur infamatus à plebe; quia nomine plebis etiam decem intelliguntur, secundum Hugon. & Archid. d. n. 7. & ideo indicenda est illi Canonica purgatio, ut optime probatur in c. omnibus post mediam, vers. Ipse ergo Sacerdos 2. q. 5. ubi Leo Papa ad Carolum Magnum scribens sic ait: Ipse ergo Sacerdos si suspiciosus, aut incredibilis fuozpisco, aut reliquis suis Consecratoribus sive bonis, & justis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit in crimine, & aut in prædicta suspitione remaneat, & c. se sacramento coram populo super quatuor Evangelia dato, purgatio ecclesie reddat. Hæc ibi: Pauci ergo non infamant. c. Inquisitionem in fin. de accusat. & tot hominum clamor facit famam, seu manifestum, quot ex clamore scandalum suscitatur, cap. Qualiter eodem rit. ut dicitur Jo. & Vincentius in d. c. Inquisitionis relati ab Archidiacono in d. c. unius, n. 7. vers. Sed pauci non infamant, 10. q. 3. & idem innuit ibi Gloss. qui exponit verbum Paucorum, id est duorum, vel trium, Et satis est fama loci si sit

si sit fama populi, ut satis clare innuit præallegatum c. Omnibus, secundum Archid. Nec dissentit Anton. de Butr. hic dicit n. 33. dicit enim ad inducendum manifestum in acclamatione tot homines requiri, quot famam inducant; & ita exigit, ut hoc acclametur à majori parte populi: et infra eod. n. vers. Quot autem exigantur, concludit non posse dari certam doctrinam, quot homines requirantur ad inducendum manifestum, et ideo hoc relinquendum arbitrio judicantis, dummodo non excedant majorem partem populi, vel viciniam; quia sic esset notorium, credit tamen ad hoc sufficere decem homines per ea, quæ notat Cyn. in l. ea quidem c. de accusat. et sic concordat cum gloss. in c. de manifesta, 2. q. 1. licet eam non alleget. Addicitur in descriptione, ex certa scientia, et certis auctoribus, quia ad hoc ut sit manifestum, oportet ut aliqui presentes fuerint, à quibus orum habuerit, quive ex certa scientia possint de hoc deponere, quia fuerint præsentibus, & aliquo sensu naturali, secundum quod reitatur exigit, id perceperint. Et hinc apparet differentia inter famosum & manifestum; nam in famoso sufficit sola suspicio. Item in famoso sufficit, ut fama habuerit ortum à certo auctore, & exinde acclamet tota vicinia, vel major pars; nec est necesse, ut ostendantur plures auctores, qui hoc habuerint ex certa scientia, vel presentia. Sed in manifesto oportet, ut plures adfuerint Auctores, qui per certam scientiam, et sensum corporeum hoc apprehenderit, & super hoc possint testimonium perhibere, secundum Ant. de Butr. hic d. n. 33. circa fin. Facit ad hoc quod notatur in d. c. de manifesta 2. q. 1. & per Legistas, maxime Baldum in l. De minore, §. plurimum, n. 9. ff. de Quæstion. et notatur in c. Qualiter, il 2. c. 6. Cum oportet aut, infra de accusat. & per Archid. in c. omnibus, 2. quæst. 5. & hæc vera sunt sumendo manifestum, prout contradistinguitur à notorio, & penē occulto. Verum prout contra distinguitur ab omnino occulto, manifestum dici potest omnè probabile, quod duo testes sciant.

Ad hoc, quod notatur in c. Ex tenore, de tempor. ordinat. & in cap. Cum Vintonien. de elect. Imo potest etiam dici manifestum non occultum, quod omni tantum vidit. §. Sed sciendum, 2. q. 1. Et ita accipitur in l. 2. ec in l. seq. ff. de iur. et sic dicitur firmiter manifestum, & non manifestum, ut in dictis iuribus, secundum Anton. de Butr. hic n. 33. in fin. Expedatis necessariis præjudiciis ad intellectum Decretalis, superelicit, ut descendamus ad materiam notorii, quæ difficilis est, & involuta nam, ut ait gloss. 1. in c. Manifesta 2. q. 1. quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. De quo per Innoc. & Host. in cap. Tu 4. infra eodem, & per Speculatore in tit. de notor. criminibus, §. Item de notor. Salyc. in l. ea quidem, a nu. 58. usque ad nu. 89. c. de accusat. Et per Doctores hic, maxime per Butr. à num. 29. usque in finem. Ego circa hanc materiam hunc ordinem servabo. Nam primo queram quid, & quomplex sit notorium, & quælibet ejus species. Secundo, quot hominum scientia requiratur ad inducendum notorium. Tertio numquid in notorio sit servandus ordo iuris, & præcipue an requiratur citatio, vel sententia Quarto numquid in notorio requiratur probatio. Quinto, quot resies requirantur ad probandum notorium. Sexto, An à sententia super notorio detur appellatio. Septimo de ultimo, an occultum

si sit fama populi, ut satis clare innuit præallegatum c. Omnibus, secundum Archid. Nec dissentit Anton. de Butr. hic dicit n. 33. dicit enim ad inducendum manifestum in acclamatione tot homines requiri, quot famam inducant; & ita exigit, ut hoc acclametur à majori parte populi: et infra eod. n. vers. Quot autem exigantur, concludit non posse dari certam doctrinam, quot homines requirantur ad inducendum manifestum, et ideo hoc relinquendum arbitrio judicantis, dummodo non excedant majorem partem populi, vel viciniam; quia sic esset notorium, credit tamen ad hoc sufficere decem homines per ea, quæ notat Cyn. in l. ea quidem c. de accusat. et sic concordat cum gloss. in c. de manifesta, 2. q. 1. licet eam non alleget. Addicitur in descriptione, ex certa scientia, et certis auctoribus, quia ad hoc ut sit manifestum, oportet ut aliqui presentes fuerint, à quibus orum habuerit, quive ex certa scientia possint de hoc deponere, quia fuerint præsentibus, & aliquo sensu naturali, secundum quod reitatur exigit, id perceperint. Et hinc apparet differentia inter famosum & manifestum; nam in famoso sufficit sola suspicio. Item in famoso sufficit, ut fama habuerit ortum à certo auctore, & exinde acclamet tota vicinia, vel major pars; nec est necesse, ut ostendantur plures auctores, qui hoc habuerint ex certa scientia, vel presentia. Sed in manifesto oportet, ut plures adfuerint Auctores, qui per certam scientiam, et sensum corporeum hoc apprehenderit, & super hoc possint testimonium perhibere, secundum Ant. de Butr. hic d. n. 33. circa fin. Facit ad hoc quod notatur in d. c. de manifesta 2. q. 1. & per Legistas, maxime Baldum in l. De minore, §. plurimum, n. 9. ff. de Quæstion. et notatur in c. Qualiter, il 2. c. 6. Cum oportet aut, infra de accusat. & per Archid. in c. omnibus, 2. quæst. 5. & hæc vera sunt sumendo manifestum, prout contradistinguitur à notorio, & penē occulto. Verum prout contra distinguitur ab omnino occulto, manifestum dici potest omnè probabile, quod duo testes sciant.

Ad hoc, quod notatur in c. Ex tenore, de tempor. ordinat. & in cap. Cum Vintonien. de elect. Imo potest etiam dici manifestum non occultum, quod omni tantum vidit. §. Sed sciendum, 2. q. 1. Et ita accipitur in l. 2. ec in l. seq. ff. de iur. et sic dicitur firmiter manifestum, & non manifestum, ut in dictis iuribus, secundum Anton. de Butr. hic n. 33. in fin. Expedatis necessariis præjudiciis ad intellectum Decretalis, superelicit, ut descendamus ad materiam notorii, quæ difficilis est, & involuta nam, ut ait gloss. 1. in c. Manifesta 2. q. 1. quotidie de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus. De quo per Innoc. & Host. in cap. Tu 4. infra eodem, & per Speculatore in tit. de notor. criminibus, §. Item de notor. Salyc. in l. ea quidem, a nu. 58. usque ad nu. 89. c. de accusat. Et per Doctores hic, maxime per Butr. à num. 29. usque in finem. Ego circa hanc materiam hunc ordinem servabo. Nam primo queram quid, & quomplex sit notorium, & quælibet ejus species. Secundo, quot hominum scientia requiratur ad inducendum notorium. Tertio numquid in notorio sit servandus ordo iuris, & præcipue an requiratur citatio, vel sententia Quarto numquid in notorio requiratur probatio. Quinto, quot resies requirantur ad probandum notorium. Sexto, An à sententia super notorio detur appellatio. Septimo de ultimo, an occultum

Notorium juris est spontanea confessio, clara probatio, justa, & irretractabilis diffinitio, & sic describuntur hic Host. n. 10. Jo. Andr. eodem n. Calder. n. 36. vers. De notorio Abb. n. 4. Speculator insti. de notor. crim. §. Tam de notorio n. 2.

Dicitur primo in descriptione, spontanea confessio, quia ex spontanea confessione in jure facta oritur notorium, ut hic, & in cap. 1. de Confessio. Item oritur clara probatio, quia ex probatione judiciali, & ineditata similiter surgit notorium, ut in cap. Cum olim, de ver. signifi. Et omne judicialiter probatum dici potest notorium, ut inquit Abbas in c. fin. nu. 7. supra de tempor. ordinat. Imo secundum eum omne confans ex actis notorium dici potest. allegat Innoc. in cap. ex infirmatione in fin. de appellat. & c. evidencia de accusat. cum sua gloss. in ver. non indiget clamore. dummodo tamen acta sint publicata, l. Gestis. C. de rejudicat. & dummodo sit conclusum in causa. Abb. in c. fin. nu. 4. in fin. infra eodem. & non aliter; quia quando potest probari contrarium, non dicitur probatio notoria; gloss. in cap. Significaverunt, in ver. liquere, supra de testibus. plene Natta. cons. 51. vis processuum, 18. & seq. Jas. in l. Admonendi, in 2. lectura, nu. 50. & seq. vers. & ex illa 2. lectura, ff. de iure iuran.

Item dicitur justa, & irretractabilis diffinitio, quia eodem modo surgit notorium ex diffinitione judiciali, & sententia, quæ non potest amplius retractari.

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.

crimen, vel impedimentem in decreto Concilii Tridentini cap. 6. sess. 24. & in literis S. Penitentiarie accipitur prout distinguitur contra publicum, et notorium.

Redeo igitur ad primum, QUÆRO, Quid, & quomplex sit notorium, & quælibet ejus species?

Notorium in genere assumptum prout compleditur omnes ejus species, sic definitur ab Antonio de Butrio hic n. 33. videlicet: Notorium est probatio in dubitata, et finita, nulla discussione egegens. Sed melius secundum Salycetum in d. l. ea quidem, nu. 58. c. de accusat. neutraliter, & in genere iumptum sic potest describi, videlicet: Notorium est jus, vel factum transiens in notionem omnium, vel majoris partis eorum. Nam per majorem partem totus populus representatur, ut l. Nulli, & l. Plane, ff. Quod cuiusq. univers. nomin. & l. Quod major. ff. Ad municipale, & l. Iud. §. Refertur ff. de Regul. iur. Et dicitur notorium à notione, quia transit in cognitionem omnium, ut per eum.

Notorium est triplex secundum gloss. hic in ver. Notorium, & in d. c. manifesta, 2. q. 1. Innoc. in cap. Tu nos n. 2. infra eod. & alios communiter. Videlicet juris, facti, & præsumptionis. Et quamvis Calder. hic n. 36. vers. De notorio, & Abb. n. 4. dicant sub notorio juris includi etiam notorium præsumptionis; & sic faciant distinctionem bimbembrem, scilicet juris, & facti, & primum membrum subdividant in giudiciale, & extrajudiciale: tamen hoc reprehenditur, & bene, ab Anton. de Butr. hic n. 32. ubi ostendit notorium juris, & præsumptionis esse duas species distinctas, nec unam comprehendendi sub altera. Dicitur autem hoc notorium juris, seu juridicum, quia oritur in jure, id est in giudicio, c. final. infra eodem. Idem Butr. hic n. 30. col. 12. ante medium vers. Et appellant hoc notorium juridicum. Ad hoc bona glossa. in l. 1. in ver. Confessus in jure c. de Confessio.

Notorium juris est spontanea confessio, clara probatio, justa, & irretractabilis diffinitio, & sic describuntur hic Host. n. 10. Jo. Andr. eodem n. Calder. n. 36. vers. De notorio Abb. n. 4. Speculator insti. de notor. crim. §. Tam de notorio n. 2.

Dicitur primo in descriptione, spontanea confessio, quia ex spontanea confessione in jure facta oritur notorium, ut hic, & in cap. 1. de Confessio. Item oritur clara probatio, quia ex probatione judiciali, & ineditata similiter surgit notorium, ut in cap. Cum olim, de ver. signifi. Et omne judicialiter probatum dici potest notorium, ut inquit Abbas in c. fin. nu. 7. supra de tempor. ordinat. Imo secundum eum omne confans ex actis notorium dici potest. allegat Innoc. in cap. ex infirmatione in fin. de appellat. & c. evidencia de accusat. cum sua gloss. in ver. non indiget clamore. dummodo tamen acta sint publicata, l. Gestis. C. de rejudicat. & dummodo sit conclusum in causa. Abb. in c. fin. nu. 4. in fin. infra eodem. & non aliter; quia quando potest probari contrarium, non dicitur probatio notoria; gloss. in cap. Significaverunt, in ver. liquere, supra de testibus. plene Natta. cons. 51. vis processuum, 18. & seq. Jas. in l. Admonendi, in 2. lectura, nu. 50. & seq. vers. & ex illa 2. lectura, ff. de iure iuran.

Item dicitur justa, & irretractabilis diffinitio, quia eodem modo surgit notorium ex diffinitione judiciali, & sententia, quæ non potest amplius retractari.

Prosp. Fagn. in 3. Decretal. Tom. 4.



tractari, ut in hoc c. & in c. *fin. inf. eod.* & in c. *Cum inter, de re iudicat.* nam res iudicata pro veritate habetur. l. *Res iudic. ff. de re iudic.* & l. *Ingenium ff. de stat. homin. & in d. cap. Cum inter.* Dummodo tamen sententia sit Canonice lata, secus si sit nulla ipso iure; nam hæc species notorii vocatur notorium iuris; & ideo debet habere validitatem, quæ iure conlulit, ut ait Bald. *hic num. 1.* Verum si nullo modo factum est proatum, & tamen sententia condemnatoria alias canonicè est lata; nihilominus crimen dicitur notorium propter auctoritatem sententiæ, ut idem Bald. notat *num. 2.*

71 Tria ergo faciunt notorium iuris, iudicialis confessio, indubitata probatio, & res iudicata. Et ex hoc patet supra scriptam definitionem non esse bonam, quia confessio, probatio, & sententia sunt causæ efficientes, & productivæ notorii, ergo non sunt notorium, quia nihil generat seipsum, nec aliquid potest esse causa sui ipsius, c. *Didicimus. 24. q. 1.* & inter causam, & causatum debet esse discretio, cap. *Debitum, de Baptismo,* cum concordant, *ibi allegat. in glos. in ver. Discretio.* Unde posthabita definitione Anton. de Butr. *d. num. 32.* tantquam nimis proluxa, & quæ multas patitur difficultates, exlimbo hanc speciem notorii breviter sic posse diffiniri. Notorium iuris est evidentiæ judiciali confessione, vel probatione, aut re iudicata proveniens. Dixi evidentiæ, ut sit genus ad omnes species notorii, quæ sive naturæ, sive juris ministerio evidentiæ habent, & excludat famosum, publicum, & manifestum, in quibus non cadit evidentiæ. Dixi ex judiciali confessione, & c. ad differentiam notorii facti, & præsumptionis, quæ licet evidentiæ habeant, tamen hæc non provenit ex auctoritate, & fomento iudicii, sed a natura, vel ministerio iuris extra iudicium.

77 Notorium facti in genere, ut describitur à Calder. *hic n. 40.* Est factum fere exhibitum conspectui hominum, ut nulla possit tergiversatione celari, ut cap. *Vltimo, infra eod.* & cap. *Cum olim, de verb. signif. Vel notorium facti est, quod factum ex se non dubitatur à populo, vel majori parte populi, secundum Vincentium. Vel notorium facti est, quod quotidie viget, & in præsentia est publicum, secundum Ubertum. Vel notorium facti est, in quo fama suam præbet adminiculum; & ipsa rei evidentiæ protestatur ita esse oculis omnium, vel majoris partis loci se exhibens, ut nulla tergiversatione celari possit, secundum Speculat. *in tit. de notorio crim. §. De notorio, nu. 3.* Has partim recenset Jo. Andr. *hic nu. 10.* partim Calder. *nu. 40.* & omnes Ant. de Butr. *num. 31.* Vel notorium facti est crimen, vel factum, cuius testis populus est, & dissimulationi locus non est, secundum Archid. in c. *Manifesta, num. 42. quest. 1.* & Abb. *hic nu. 14. vers. Notorium facti.* ad hoc textus optimus, quem Butr. dicit esse meliorem de corpore iuris, in c. *Cum dilecti, infra de Purgat. Canonica.* Placet definitio antiquorum, quam hic refert idem Butrus *num. 31.* & probat Abb. *ubi supra,* videlicet, Notorium facti est publica, vel famosa vox proveniens ex evidentiæ rei, quæ nulla tergiversatione celari potest, l. *si vicini, c. de Nuptiis, c. Tua, & c. Questum, infra eodem.* Unde Petrus de Sampsone relaxat hic à Jo. Andr. *nu. 14.* ponebat versus Quæ vel nemo negat, populo, vel rebe probantur; Vel se subiiciunt oculis, notoria dicas.*

78 Et hoc notorium facti est triplex, nam quoddam est notorium facti permanentis, seu continui, quoddam est facti transiens, seu momentaneus, & deficientis, & non redeuntis quoddam est facti interpolati, glos. *unica in d. c. Manifesta, 2. q. 1.* Innoc. in c. *Tua, infra eod.* Speculator. *in tit. De notorio crim. §. Item de notorio, n. 8.* glos. *hic in ver. Notorium,* quam committere sequuntur Doctores.

79 Notorium facti permanentis secundum Speculatorem *ibid. num. 10.* dicitur quod ita publice sit, ut aliqua tergiversatione celari non possit, & habet facti continuationem; exemplum cum Clericus in carcerem deturditur, c. *Dilectus, supra de appellat. Innoc. in d. cap. Tua, num. 2. in fin. vers. Si autem sit continuus, infra eodem,* & Speculator *ubi supra.* Quod verum putat Butr. *hic nu. 34.* quando carceres patent oculis hominum, secus si essent carceres occulti. Aliud exemplum in eo, qui detinetur domi concubinam publice, & omnibus scitentibus, c. *De manifesta, 2. q. 1.* Præsertim vero si infantes audiantur vagire in ejus gremio, cap. *Tua, infra eod. l. si vicini, c. de nuptiis, cap. Prinsquam, 29. dist. cap. Proposuisse, 82. dist. cap. Significasti infra de Divortio, Calder. hic num. 42.* Sed tu adverte, quia hoc exemplum bene procedit quantum ad hoc, ut concubinam tenet, quia cum hoc pateat oculis hominum, bene cadit sub notorio facti permanentis. Ad hoc Concilium Tridentinum *de reformat. matrim. c. 8. & sess. 25. c. 14.* Secus vero quantum ad copulam, quia cum hæc non fiat sub conspectu hominum, non pertinet ad hanc speciem notorii facti permanentis, sed ad notorium præsumptionis, cum Jus hoc vehementer præsumat, ut bene hic per Butr. *num. 34.* nisi forte extaret soboles, ut per Innoc. in d. c. *Significasti, num. 1. de Divortio,* ubi dicit esse notorium facti adu permanentis, quando manent filii, qui reddunt notoriam incontinentiam. Idem tenet Speculat. *in tit. de notorio criminibus, §. Item de notorio, n. 10.* ubi ait, quem tenere concubinam esse notorium facti continet, quando eam tenet in domo, mensa, & lecto, & liberi vagiunt gremio ejus bajulantes. Allegat supra scripta lura, & c. *Consuluit, & c. Relatum, de appellat.* Aliud exemplum materiale ponit Butr. *hic num. 34.* nempe quod Turris Asinellorum sit in Porta Ravennati, & aliud Abb. *nu. 15.* quod Palatium Dominicanum sit in platea, hoc enim proprie dici debet notorium facti permanentis, quali res nota omnibus inspicere volentibus, ad hoc c. *Evidentiæ, de accusat. & Auth. Qui semel, l. Quomod. & quand. iud. ubi vox præconis, cum sit transitoria, & paucis innoteat, in notorium non tranlit: sed editum fecus, quia per multos dispositum omnibus liquet, ut ibi notat gl. in ver. Paucis innoteat.*

82 De notorio facti transiens exemplificat Doctores, ut si in conspectu populi aliquis fuit occisus, §. *quando autem, 2. q. 1.* Innoc. in c. *Tua, nu. 2.* & ibi etiam Host. *nu. 1. infra eodem.* Speculator *d. tit. de notorio crimin. §. Item de notorio, nu. 8. in fin. vel si Episcopus tranlit de Ecclesia ad Ecclesiam, quia tranlitus fit cum apparatu, c. *Illud, de Cler. excom. ministran. c. Quanta, de translat. Episcopi, Jo. Andr. hic nu. 13. vers. Circa istud notorium, Calder. n. 41. Butr. n. 34. & Abb. n. 15.**

83 Notorium facti interpolati dicitur quod fit publice, ut aliqua tergiversatione celari non possit, & quod

& quod sæpius iteratur, non tamen sit continet, secundum Speculatorem. *d. l. §. Item de notorio, numer. 9.* Exemplum in mutante ad usuras, ut cap. *Cum tu, de Usuris:* quia non semper mutatur, sed interpolatum, licet dici possit habere actum cotinuum respectu appetitinis, ut per Butr. & Abb. *lucè citat.*

84 Notorium præsumptionis est evidentiæ juris vehementer præsumpta, secundum Host. *hic nu. 12.* Jo. Andr. *num. 10. in fin.* Abbatem *num. 14. vers. Et tunc dicitur quod notorium, Speculat. in d. §. de notorio in prin. vel secundum Calderinum, num. 38.*

85 Notorium præsumptionis est factum, vel dictum ex publicis circumstantiis à Jure pro veritate acceptum. Exemplum notorie præsumptionis sunt paternitas, & filiatio. Hoc enim quod quis sit alterius filius, non potest iure probari, l. *Luctus, ff. de condit. & demonstrat.* Sed jus præsumit vehementer eum filium, qui natus est de nuptiis, l. *Item nomen d. §. in fin. ff. de q. qui sunt sui, vel alieni iuri, l. Quia, ff. de in jus voc. Innoc. in c. Tua, num. 3. infra eod. vel qui publice habitus est pro filio alieujus, c. *Michael, & c. Quoniam, de filijs Presbyter, & ita exemplificant glos. hic in ver. Notorium, item glos. unica in d. c. Manifesta, 2. q. 1. Speculat. in tit. de Notorio criminibus, d. §. Item de notorio, in primo, vers. Notorium præsumptum, qui etiam exemplificat in infamato, cui est indicata purgatio in iudicio, & deficit cap. *Tua, in fine, infra eodem, c. Infirmatum, de Simonia.* Adverte tamen secundum Anton. de Butr. *hic n. 36.* quia ad inducendum notorium præsumptionis duo requiruntur, videlicet ut factum, ex quo à Jure trahitur præsumptio, sit notorium facti, vel juris. Secundò, ut jus vehementer præsumat, vel fingat habendo illud pro violenta præsumptione, quæ æquivaleret probationi ad finem ferendæ sententiæ. Exemplum: Si quis omnibus videntibus detinet feminam suspectam in domo, vel id in iudicio confitetur, factum detentionis est notorium facti, vel juris: & ex hoc jus violenter præsumit inter eos copulam carnalem intercessisse; & hoc est notorium præsumptionis. Similiter si usurarius teneat mensam paratam, & pannum rubeum omnibus videntibus, ecce factum notorium per operis evidentiæ; & si mutat ibi, jus præsumit eum ad usuras mutuar; ecce notorium præsumptionis: & eodem modo si vicinis scientibus aliquis tenet feminam, ut uxorem, cum concedenti tractatu in vestibus, & alijs; ecce notorium facti: & ex hoc jus elicit præsumptionem matrimonij inter eos, & legitimitatis prolis inde susceptæ; ecce notorium præsumptionis, & sic de similibus. Et ita intelligas ea, quæ de probatione filiationis leguntur, & notantur in c. *Ver tuas, de Probato, & in c. Michael, de filijs Presbyter, & de probat. filiationis legitime, vel illegitime in c. Transmissa, c. Lator, & cap. Per tuas, Quibus sunt legitimi.***

88 QUÆRO secundò, Quor hominum scientia requiratur ad inducendum notorium facti? Solutio. In hoc articulo sunt varæ opiniones, quas recenset Speculator in tit. *de notorio crimin. §. Item de notorio, n. 5. & 6.* Quiddam enim dixerunt tot homines adesse debere, ut eorum præsentia reddat factum notorium, nec sufficere præsentiam paucorum, puta duorum, trium, vel quinque, ut dictum est supra *n. 28. & 49.* Imò putant requiri totius vicinæ noticiam, & ut omnes

communiter acclament crimen commissum fuisse, ut c. *Secum, 2. q. 1.* & c. *Cum qui que, 2. q. 4.* Quidam, ut Vincentius, tenuerunt sufficere scientiam majoris partis vicinæ, vel Parochiæ, cap. *Constitutio, de purgat. Canonica, c. De manifesta, & ibi glos. in ver. Purpuris, 2. q. 1.* & in hoc resistent Abb. *hic num. 16.* & Salyce. in l. *Ea quidem, n. 58. c. de accusat.* dicentes ad notorium inducendum requiri, ut detur scientia totius vicinæ, vel majoris partis ipsius: non enim requiritur scientia totius populi, sed sufficit scientia totius vicinæ, ut bene probatur c. *Cum dilecti, de Purgat. Canonica,* vel majoris partis ipsius. Subdit tamen Abb. dommodo non sunt minus decem, & ita intelligit glossam in d. c. *De manifesta, 2. q. 1.* Unde in loco, ubi non sunt decem personæ, non potest oriri notorium inducendum eum. Quod etiam docuit Barr. in l. *Scriptus, n. 2. vers. Quod ergo sit in villa, ff. de Religio. & sumpt. funer. ubi querit, Quod si in villa, ubi sunt pauci habitantes, aliquid in conspectu omnium factum sit, qui forte non sunt sex, vel octo, numquid dicatur notorium? Et respondet, non, quia debet esse notum plurimæ, & multitudini, c. *Finalis, infra eod. & vicina debet scire, c. penult. vers. finalis, de purgat. canon. l. Prætor, §. uti honor. raptor. l. Palam, ff. de verb. signif. l. Sed est populi, §. 5. Præscribere, ff. de Instum.* Alij dixerunt requiri scientiam viginti, ut ibi refert Barr. per d. l. *Prætor, §. Alij, ut glos. Joannis relata à Speculatore in tit. de not. crimin. d. §. Item de notorio, n. 6. & Bartol. ubi supra, exlimaverunt decem hominum scientiam sufficere, ut quid dicitur notorium; nam tot faciunt Parochiam, c. *Vno, 10. q. 3.* & testimonium unius Parochiæ facit crimen notorium esse, ut d. c. *Cum dilecti, de purgat. canon. & conilat ex dictis supra n. 58. & 59.* Alij vero opinati sunt tres ad hoc sufficere, quia tot faciunt Collegium, l. *Neratus, ff. de verb. signif. Sed, ut ait Speculat. d. n. 6.* hoc nihil est, quia & eadem ratione duo sufficerent, qui faciunt congregationem, cap. *1. de elect. Demum alij, & forte melius sentierunt discretum Judicem ex varijs circumstantijs, & qualitate adus, loci, & temporis arbitrari debere factum esse notorium, vel non, cum hoc non reperitur à Jure diffinitum, l. *1. §. 1. ff. de iure deliberandi, l. Continua, §. 1. & 2. ff. de verb. obligat. c. de causis, primo responso, supra de offic. delegat. Et hoc videtur placere Speculat. in dict. §. Item de notorio, num. 6. circa finem, vers. Quiddam etiam, & Bart. in d. l. *Scriptum, n. 2. vers. Alij remittunt arbitrio iudicis, & tenent Calder. hic num. 44. vers. Ad questionem ergo, & Abb. num. 16.* Hoc tamen arbitrium restringit Cardax. & bene ad minorem partem vicinæ dimittat: nam quoad majorem, hoc est expressum in Jure, & ideo non intrat iudicis arbitrium. Et idem puto si in Parochia non sint decem homines, quia expressum est in Jure, ut ex minori numero, quam decem, non constitutur Parochia, ut in d. c. *Vno, 10. q. 3.* & ideo Judex arbitrari non potest ibi esse notorium: quod tenent Speculat. Barr. & Abb. in locis supra citatis, & hic jure quæ in proposito dixit. *57. & 59.*****

QUÆRO tertio, Numquid in notorio ordo juris debeat observari? Resp. Jurisconsulti non esse observandum, c. *Manifesta, & c. seq. c. de manifesta, & c. Celum, 2. q. 1. l. Ea quæ, c. de Accusat. c. Bonæ, l. 1. de elect. c. Quo-*



niam de filijs Presby. cap. Super eo. de testibus, cap: Porro. de divorce. Evidentia, de accusat. cum similibus: & notat Innoc. in cap: Ex parte, il. 1. nu. 3. post med. vers: quia non servatur veritas in notorio facti, vel iuri, de verbis. signis. Nam, ut colligitur ex prædictis iuribus, accusatio, denuntiatio, libelli oblatio seu petitio, licet contestata & probata non sunt necessaria; & ideo dicitur in notorijs non esse servandum iuris ordinem, qui debet in alijs observari, vel non esse per omnia observandum, ut cap: Ad nostram, il. 3. supra de iurejur. & notat Innoc. in c. Tua, n. 8. circa fin. vers: Item dicimus, infra, ubi ait: Quamvis in notorijs procedi possit præsentibus partibus lite contestata, & servato alio iudicario ordine, poste tamen eis præsentibus procedi lite non contestata, nec alio iudiciorum ordine servato, sicut quando reus est absens & contumax; & concordat hic Jo. Andr. nu. 20. Cardin. nu. 4. 5. Abbatis: 8. quod latius per singula capita prosequitur Butr. nu. 38. omni tamen casu requiritur citatio, & quod venienti exponatur factum, pro quo citatus est, & quod audiatur eius defensio; quod si non fiat, satis potest dici sententiam non tenere super notorio latam, ut inquit Innoc. ubi supra, & Jo. Andr. d. n. 20. vers: Omni tamen casu, per cap: Qualiter, il. 2. §. Debet, de accusat: & in hoc nullus dubitat, ut dicit Albericus in l. Ea quidem, n. 14. in fin. c. de accusat. Hanc etiam dicit esse magis communem opinionem Aretinus consilij 133. n. 7. quem refert Boss. in cit. de Denunciatoribus, n. 9. in fin. & in vir: Quomodo procedatur in crimine notorio, post num. 6. & Jul. Clar. in pract. criminali, §. fin. q. 9. vers: Quæro nunquid. Sicut enim in alijs casibus, quæ requirunt ordinem iudicium, non valet sententia, quæ fertur non adhibita causæ cognitione, ut l. Probatam, c. de sent: & interloc. omn. iud. l. si accusatoribus, & l. Absentem, c. de accusat. Ita videtur in notorijs, ubi, etsi non omnia, aliquis tamen ordo servandus, ut in d. c. Ad nostram, il. 3. de iurejur. secundum Jo. Andr. In hoc tamen articulo Innocentius mirabiliter variavit in c. Tua, infra eodem, & in cap. Porro, de divorce. Et multas Doctorum opiniones recitat Calder. hic n. 47. Sed communiter sic distinguitur secundum Abbatem hic n. 18. vers: Et possunt in hoc, videlicet, aut factum est iudicium, ut certum sit absenti nullam defensionem competere; & tunc non est necessaria citatio, quia illa fieri debet ad hoc ut reus se defendat, & sic intelligitur textus in c. Venerabilem, de elect: & in l. 2. ff. de administr: rer. ad Civit: pertinet. & in c. Cum olim, de re iudic: & ibi notat glof. in ver. licet absenti, quam pluribus exornat Felin. ibi n. 11. Socin. Senior. consilij 4. n. 24. & 25. lib. 1. cum similibus, ut dixi cap: Cum ex iuncto, n. 45. & seq. infra de Nov: oper: nunciat. Aut potest reo competere aliqua defensio, quod regulariter contingit: & tunc requiritur citatio, alioquin non valeret sententia, & sic intelligit textum in cap. fin. iuncto cap: 1. de offic: delegati, lib. 6. & in Clem: Pastoralis, de re iudic: & in hoc casu loquuntur Innoc. & Jo. Andr: supra citati: & hanc distinctionem fieri per omnes attestatur Practica Carrerij fol. 28. vers: Et an, & quando, quem refert Julius Clarus in pract: criminali, §. fin. d. q. 9. vers: Quæro nunquid. Ipse tamen Clarus indistincte tenet, in quocunque notorio, si reus est absens, debere citari non modo ad processum, dummodo non sit de fuga suspectus; nam eo casu

debet, si potest, personaliter capi, secundum opinionem quam dicit communem Ferret. consilij 1. n. 1. sed etiam ad sententiam: non enim apparet quomodo constare possit nullam defensionem reo competere, nisi eo monito & audito. Quidquid tamen fieri, honestius est, & tutius, ut in omni casu fiat citatio & monitio, ut inquit Calder. hic n. 47. circa med. vers: Non est tamen, quia, ut dicitur Holt: & Jo. Andr: in c. Cum sit Romana, in fine de appellat. multi dicuntur notorij, qui non sunt, c. Consultat, de appellat. & ideo iustus & tutius est nullum quantumcunque notorium fore demandandum sine citatione vel admonitione, dixi in prædica Decretali, c. Cum olim, n. 46. & seqq. de re iudicat.

26 De sententia verò, nunquid in notorio sit necessaria? DD. similiter non conveniunt; nam glof. in c. Super eo, in ver. Non requiratur, de testibus, c. & in c. Porro, in ver. Notoria, de divorcijs, & c. penult: in ver. Non erat illi intendenda, de purgat. Canonica, & in c. Evidentia, in ver. Non indiget clamore, de Accusat. Tenuit etiam super notorio ferendam esse sententiam, & hanc glossam dicit communiter approbatam, Marfil. in practica criminali, §. Aggreator, n. 133. Practica Corradi fol. 238. post n. 4. Sed contrarium tenet Innoc. in c. Ex parte, il. 1. n. 1. in fin. vers: Nec ubi necessaria sit sententia, infra de verb: signis. Calder. hic n. 47. vers: At verò necessaria, dicit in notorio non esse necessariam sententiam in scriptis, & cum solemnitate, ut notatur in Auth. Vr iudicij sine quoquo suffragio, §. Nec esse autem, in glof. in ver. Sine libello. Requiritur tamen aliquis sententia, ut videtur textus in l. Si confessus, ff. de Custod: & exhibit: rer. & cap. Nos in quemquam, 2. q. 1. & satis est ut fiat præceptum secundum Calder. quem sequitur Abbas hic n. 18. circa finem, vers: De sententia verò: & ita intelligunt Innocentium loc: cit. Sed quicquid sit de iure, certè de consuetudine indistincte observatur, ut etiam in criminibus notorijs requiritur septentia declaratoria, ut attestatur Julius Clarus in pract: criminali, §. fin. q. 9. vers: Præterea quarto, & ita etiam hanc sententiam esse in praxi receptam fateatur Covar. in relect: c. Alma Mater, fol. 360. l. p. §. 2. n. 9. vers: Ipse verò adhuc indistincte, de sent: excus: lib. 6. Imò dicunt aliqui non posse dici delictum notorium, quod excusationem non habeat, nisi prius fuerit super hoc cognitum & declaratum per Iudicem illud esse notorium, citatio etiam ipso reo. Et hanc opinionem testatur esse communem Aretin: consilij 133. quem referunt Ferret: consilij 31. n. 5. & 35. & Clar. loc: cit: vers: Plus dicant aliqui, ubi etiam admonet Iudices, ut in huiusmodi notorijs cautè ambulent, & ne si nimis properent, se ipsos involvant.

27 QUÆRO quartò, Numquid in notorio requiratur probatio.

28 Pro solutione distingue secundum Ant. de Butr. hic n. 42. & Abb. n. 19. aut queritur de notorio facti permanentis, & nulla probatio requiritur, ut in c. Tua, infra eod. & in c. Evidentia, de accusat: Aut de notorio iuris; & necessaria est probatio, ut si reus negare sententiam contra se latam, nam deberet concludenter probari, ut in c. Si quis, de re iudicat. Et idem dicendum de notorio presumptionis, ut in c. Per tuar, de probat. sed circa hoc membrum vide quod dixi supra n. 87. & requiritur de notorio facti interpolatis; & requiritur

tur probatio, licet non multum plena, ut in cap. Cum in Divcesi, de usur: & glof. in c. Manifesta, 2. q. 1. dicit in notorio facti interpolati requiri semiplenam probationem. Aut queritur de notorio facti transiensis, & in hoc DD. non conveniunt: nam Innocentius variè locutus fuit, ut hic plene per Butr. n. 42. Sed in c. Tua, n. 2. infra eod: videtur tenuisse in huiusmodi notorio necessariam esse probationem. Au enim testes debere duo concludere, videlicet se vidisse id, de quo testificantur fieri, & et notarios fuisse presentes ut crimen factum fuerit notorium, alias non probaretur crimen esse notorium, & ideo non deberet reus ad ipsorum dicta condemnari, quod si fieret, sententia esset nulla, quia lis non esset contestata, ut l. Probatam, c. de sent: & supra ut lit. non contest: in rubra, & negro. Sed contrariam opinionem, id est, in hoc notorio facti nullam requiri probationem, tenet Vincentius in c. Consultat, il. 1. supra de appellat: relatus hic à Calder. nu. 48. & hanc dicit esse communem in Aler. in l. Ea quidem, n. 8. c. de accusat. & l. Iso ut dicit Angelus in l. Ichus, §. Iustum, n. 4. ff. de his qui necantur infamia; hodie mos inolevit, ut Restores in mediis absque aliquo processu faciant decapitari, & suspendi de facto malefactoris notorios, & quædam notoria maritali, quibus, ut ipse ait, ita patris inponi subito expedit Republicæ, ut refert Jul. Clar. d. q. 9. vers: Quæro, Pro concordia, Speculatur: de notor: crim: §. Tam de notoria, n. 17. vers: Veritas tamen opinio, dicit opinionem Innocentij esse veram, quando iudex procedit ad petitionem alienius; contrariam verò Vincentij, quando ex officio inquirit. Tu verò sequere in dubitatis primam opinionem Innocentij quæ simpliciter probatur in c. Cum dilectus, vers: Dicitur enim, de purgat. canon. & eam tenet & pluribus confirmat Calder. hic n. 48. dicens satis esse probare qualitatem istam, scilicet quod est notorium, vel m. i. ut p. ut p. p. p. pro certo aliter id publicè facti in suis, vel esse, & quod infamia non loci non fuit, nec est, nec ab aliquo contrarium assertum, idem tenent. 19. ubi ait, in notorio facti transiensis requiri plenam probationem, & esse valde utile, ut iudex à peccato de claret factum esse notorium: allegat textum cum glossa in ver. Declarato, in Clem: Pastoralis, de re iudicat. idem voluit Cayrus in l. Ea quidem, col. 2. vers: 2. iuxta hoc, c. de accusat. ubi concludit probandum esse crimen, de quo agitur, notorie commissum fuisse. Et in hoc nemo contradicit, ut inquit Julius Clarus d. q. 9. vers: Item quarto, subdens opinionem Alberici esse valde periculosa. Debet igitur iudex super tali notorio informationes allumere. Et hæc est communis opinio, ut attestatur Alisticus super 2. p. Confir. Regni, rubrica 10. post n. 30. Nec sufficienter informationes ab ipso iudice extrajudicialiter assumptæ, sed debet constare iudici ut iudic: ex actis secundum communem opinionem, ut dicunt Practica Corradi fol. 240. in fin. & fol. 241. n. 14. & Jul: Clar: loco cit. Et ideo re- & Salycetas in d. l. Ea quidem, n. 91. vers: Caveant tamen, c. de accusat. dicit: Caveat iudex ne afferat delictum notorium, cum non sit; multa enim dicuntur notoria, quæ non sunt: & propterea constitit iudici, ut majorem partem vicinij examinet super delicto commisso, ne postea tempore depositi officij puniatur, si dicit notorio non doceat. Et hic iunge quæ dixi supra n. 95. vers: Quæ-

quid tamen sit.

102 QUÆRO quintò, Quot testes requirantur ad probandum notorium.

Breviter dicendum, sufficere duos, vel tres testes idoneos, sicut sufficiunt ad probandam famam, ut c. Tam litera, supra de testib: c. Inquisitionis, & c. Testamentum, de accusat. l. Bonorum, c. de bonorum possess. l. Questionem, c. de fidei iuramentis, & c. et c. gloll. in c. Deus omnipotens, §. Quando autem, in ver: Ind. c. 2. q. 1. & ita se habet communis opinio, ut attestatur Butr. hic n. 48. & Salyc. in d. l. Ea quidem, num. 82. c. de accusat: ut in ore duorum vel trium stet omne verbum. Imò in hoc concordant omnes, ut dicit Calder. hic n. 50. Nec obstat c. Inquisitionis, de accusat: quia non dicit duos non probare infamiam, sed non infamare.

103 QUÆRO sextò, An a sententia super notorio lata, detur appellatio.

104 In hoc notorio variè locuti sunt DD. Jura tamen dicunt, notorius criminosis non auditur appellans, c. Cum sit Romana, §. Præterea, in fin. & c. Pervenit, ibi: Si verò publicus est & notorius, appellacionis obtentu non prætermittas, quin eos excommunicatos denuncies, supra de appellat: c. Consultat, il. 1. ibi: Quod si aliqui, quos manifestum sit, & notorium uxorem alterius detinere, aut injecisse manus violentas in Clericum, appellaverint, eorum appellacioni non est aliquareus deferendum, c. Proposuit, in fin. & cap. Cum specialis, §. Porro, ibi. Communito ad appellacionis obitaculum convolante, si ejus excellentius evidentiæ res, vel ipsius confessione, aut alio modo legitimo fuerit manifestus (cum appellacionis remedium non sit ad defensionem iniquitatis, sed ad prædium innocentie inlitium) non est provocacioni huiusmodi deferendum, eod. tit: & c. Romana, §. Si autem, de appellat: lib. 6. & ita dicit communiter teneri Jo: de Anan: in c. Quam perniciosum, post n. 1. de usur: & Butr: hic n. 45. Sed Calder. nu. 51. vers: Breviter puto, distinguit, an iudex processerit contra absentem non citatum, aut ipso citato probationibus acceptis, vel non receptis. Tu autem recurre ad Anton: de Butr: in c. Pastoralis, de appellat: ubi hunc articulum plenissime examinat: & adde Salycet. in d. l. Ea quidem, num. 88. & seqq: de accusat.

106 Septimò, & ultimò, Cum in Brevibus Sac. Penitentiarie Apostolicæ pro dispensationibus matrimonialibus in gradibus prohibitis, & super irregularitate apponatur clausula, Dummodo impedimentum inde proveniens sit occultum, vel, Dummodo præmissa occulta sint. Item cum in decreto Concilij Trid. sess. 24. c. 6. detur facultas Episcopis dispensandi in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, excepta eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum: nec non absolventi in foro conscientie penitentes in quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis.

QUÆRO, Quando impedimentum, vel crimen dicatur occultum ad hoc, ut Confessoribus in vim dictorum Brevium, & Episcopis in vim Concilij liceat dispensare, & absolvere?

Aliqui ex modernis involvunt materiam, & confundunt terminos non distinguentes inter occultum, & pene occultum, famosum, manifestum, & notorium. Sed pro clariori solutione, tu dicas



in hoc articulo reperiri in universum quatuor opiniones.

- 107 Prima opinio est aliquorum existimantium occultum accipi prout distinguitur contra notorium; inter quos Majol. de Irregular. c. 51. n. 4. Vidal. in Candelabro Sacramentorum in 2. parte, ubi de irregular. nu. 315. Sayrus in Theatro Casuum Conscientia. tom. 1. lib. 4. c. 17. nu. 21. & lib. 7. c. 13. nu. 12. & Emanuel Sa. in Summa. in ver. Episcopus. n. 33. Pro quibus facere videtur, quia omne quod non est publicum, potest dici occultum. & publicum definitur esse, quod patet omnibus, secundum Bartol. in l. 1. §. Consequens. nu. 1. ff. de suspectis. & ita oportet esse notorium, ut constet ex dictis supra num. 77. Item pro his allegari potest Abbas in cap. fin. nu. 7. supra de tempor. ordinat. ubi ex eo textu dicit regulam, ut omne delictum quantumcumque grave, excepto homicidio, intelligatur occultum, prout distinguitur contra notorium; probabile tamen, ad effectum ut post peractam penitentiam non impediat ad Ordines ascendere, & in susceptis ministrare. & in c. Questum. nu. 4. de penit. & remiss. ubi similiter ex illo textu colligit occultum dici quod est aliquid notum; & capit. occultum pro specie distincto a notorio; & loquitur ad effectum, ut Sacerdotibus Græcis, ex quorum incuria parvuli in cunis suffocati reperiantur, non imponatur penitentia publica, si id occultum sit.
- 109 Verum hæc prima opinio est aperte falsa, quia si occultum acciperetur prout distinguitur contra notorium, omne famosum, vel manifestum diceretur occultum; nam omne famosum, & manifestum distinguitur contra notorium, ut probatur in c. De hoc, infra de Simon. & hic norant Calder. n. 36. & Cardin. n. 19. & constat ex dictis supra nu. 54. & 55. Unde secundum hanc opinionem Penitentiarie, & Episcopis liceret dispensare in omnibus impedimentis, & irregularitatibus non habentibus operis evidentiam, utrumque aliàs essent famosa, & manifesta; quod absurdum est affirmare, tum propter scandalum publicum, ut notat gloss. in c. 2. in ver. Non valebit, de Apostat. tum quia pro crimine famoso, & non notorio Sacerdotibus indicitur canonica purgatio, & si purgatione defecerint, sunt deponendi, ut sunt iura clara in d. c. De hoc, de Simon. in c. Presbyteri a plebe, & in c. omnibus, 2. q. 5. & in c. Cam dilecti, de purgat. canon. cum multis concordantibus. Tum quia absolum videtur, ut hæc vox occultum exponatur, id est famosum, & manifestum, nam est quandoque occultum accipitur pro penè occulto, vel probabili, secundum ea, quæ dicta sunt supra n. 48. nullibi tamen in iure cautum reperitur, ut famosum, & manifestum dicatur occultum, & quod Sanctorum patrum documento sancitum non est, & c. c. Confessio, 2. q. 5. c. Inter corporalia, de Translat. Nec Abb. in Jocis supracitatis habuit hunc sensum: quamvis enim dixerit occultum accipi prout distinguitur contra notorium, tamen pro occulto non intellexit famosum, vel manifestum, sed probabile tantum, quod idem est, ac penè occultum, ut illius verba demonstrant in d. c. fin. n. 3. ibi, probabile tamen. Quod etiam convincitur ex eo, quia ibi loquitur ad effectum, ut criminofus occultus possit promoveri. At certum est infamatum promoveri non posse, nisi si purgaverit, ut in d. c. De hoc, de Simon. cum aliis supracitatis.

Ergo Abb. non potuit accipere occultum famosum, vel manifestum, sed pro penè occulto, & probabili, & sic potuit potius allegari pro tertia opinione, de qua infra n. 118.

- 113 Secunda opinio est eorum, qui putant occultum accipi prout contradistinguitur a publico; & intelligunt esse publicum quod est notum in civitate, vel parochia, seu vicinia, aut majori parte ipsius, dummodo ibi decem saltem personæ inveniantur. Et in hac sententia fuerunt in terminis litterarum S. penitentiarie Navar. in Manuali. c. 27. n. 254. vers. Unde cimb. & n. 255. ubi ait occultum esse quod non est publicum, publicum autem quod non est notorium, manifestum, vel famosum: & infra vers. Tunc autem dicitur, affirmat ad hoc non requiri, ut sit notum provincie, civitatis, vel parochie, sed sufficere, ut sit notum majori parti ipsius, modo ibi sint saltem decem homines, & eum sequitur Thom. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 34. n. 55. & lib. 2. disput. 37. n. 11. & in terminis Concilii Tridentini firmant idem Navar. ibidem, Suarez de Censuris disput. 41. sectione 3. num. 6. Azor. Instit. Moral. lib. 6. tit. 1. cap. 10. q. 9. Henric. in Summa lib. 14. de Irregular. cap. 20. n. 4. Manuel. in Bulla Cruciata, §. 9. num. 129. in fin. & in Sum. tom. 1. cap. 166. nu. 3. Ludovic. Lop. 2. p. Instru. v. g. de Clavibus, cap. 8. de Bulla sol. 82. §. col. 1. §. Igitur antiquam Bullam, quos refert, & sequitur Sanchez loco citato, Tolet. in Summa lib. 1. cap. 89. numer. 5. Molin. de Inst. & Jur. tract. 3. disputat. 79. nu. 8. vers. Secundò, & alii apud Modestos in tract. de offic. & potest. Episcopi, part. 2. allegat. 39. nu. 21. & 24. vers. Quæ textum illum. Moventur, quia ratio ratio erit facultas dispensandi in occultis, & in alijs denegatur, est ut obviatur scandalo publico, juxta cap. Nihil, de prescript. cui satis obviatur non dispensando in notoriis manifestis, secundum Navar. & alios præallegatos.

- 115 Sed tu adverte, quia hæc sententia in effectu accipit occultum prout distinguitur a manifesto, vel famoso; nam, ut supra diximus, nu. 54. & 55. ad manifestum inducendum duo copulative requiruntur, alterum ut sit notum toti viciniae, vel majori parti ipsius; alterum ut non sint ibi pauciores, quam decem homines: quæ duo etiam requiruntur ad inducendum notorium, secundum Abbatem hic nu. 16. & dictum est supra n. 88. & 89. Unde secundum istam opinionem si in parochia essent v. g. mille parochiani, & factum esset notum quadringentis, vel quingentis, non esset manifestum, vel famosum, quia non esset notum majori parti parochie, prout necessariò exigitur ad constituendum manifestum, vel famosum, ut dictum est: In parochia enim, ubi sunt mille parochiani, quadringenti, vel quingenti non constituunt majorem partem, sed dimidiam, vel infra, ut palam est; & consequenter casus diceretur occultus, cum fecundum opinionem hanc dicitur occultum omne, quod est manifestum, vel famosum; & Major penitentiarie ex suis facultatibus, & Episcopi ex Concilio possent super eo dispensare; quod tamen nemo sani capitis audeat asserere. Nec puto præallegatos Authores habuisse hunc sensum, si quia fundantur in ratione scandalisæ negari non potest, quin tot hominum clamor sufficiat ad scandalum suscitandum, ut ex Joanne, Vincentio, & Archidiacono dictum est supra num. 60. nam de hi

hæc manifestatio dispensationem prohibet propter scandalum, ut inquit gloss. in c. 2. in ver. Non valebit, & ibi Host. n. 5. in eod. ver. infra de Apostat. tum quia precipitatio ut hores ponderant ad excludendum occultum sufficere, ut factum sit probabile per aliquot testes, secundum ea, quæ de penè occulto dicta sunt n. 48. & seqq. Unde hæc opinio dicit occultum esse omne, quod non est notum toti viciniae, vel majori parti ipsius, videtur temperanda, dummodo personæ, quibus factum est notum, sint infra decem, nam si essent decem, vel plures, factum nullatenus posset dici occultum, cum decem homines faciant plebem, seu populum, & sufficiant ad infamandum Presbyterum, ita ut ei sit purgatio indicenda, ut cap. Vnio, cum sua gloss. in ver. Manopia, to. 9. 3. juncto c. Presbyteri a plebe, & c. Omnibus, 2. q. 1. & sicut dictum est sup. n. 58. & 59. Item decem homines faciunt Parochiam, & testimonium unius Parochie facit crimen notorium, ut ex Specular. & alijs similiter dictum est supra n. 89. & 90.

118 Tertia opinio est illorum, qui accipiunt occultum pro penè occulto, & probabili ad differentiam illius occulti, quod probari non potest vel ex sui natura vel ex accidenti, secundum ea, quæ tradit Navar. d. c. 27. n. 255. vers. Occulti item triplex, & constat ex dictis supra num. 45. & seqq. Quare secundum hoc dicitur impedimentum, vel crimen occultum, licet aliquibus sit notum, puta quatuor, vel quinque, juxta §. Hæc ergo secreta, de penit. dist. 1. supracit. nu. 49. cum sua glossa in ver. Secreta. Et hanc tertiam opinionem servat S. Penitentiarie, & videtur ex mente Navar. & aliorum, quos supra retulimus pro secunda opinione, eique in terminis Bullarum ipsius Penitentiarie videtur adhaerere Nicolaus Garz. plurimos citans de benef. par. 2. cap. 51. n. 45. & videtur probari posse, tum quia cum factum paucis est notum, non militat ratio scandalisæ, propter quam denegatur dispensandi facultas, ut dicunt gloss. & Host. in d. c. 2. de Apostat. Tum quia non est de occultis essentia, ut supra naturæ, vel ex accidenti non sit probabile; quia hoc esset contra d. §. Hæc ergo secreta, de penit. dist. 1. cum sua glossa, in ver. Secreta; quatenus probat dici occultum, quod factum est in præsentia quinque, & contra d. c. 2. de Apostat. quatenus probat ministerium Acolythi juvenis Presbyterum rebaptizantem posse occultum esse, secundum Navar. loco citato, & tamen ibi præter Acolythi adhaerent saltem duo, scilicet rebaptizans, & rebaptizatus, licet ille rextus parum faciat, quia cum illi duo essent socij criminis, per eorum confessionem crimen Acolythi probari non poterat, c. 1. de Confessi. c. Veniens, de Testibus, Quoniam, & ibi Bald. nu. 2. c. Eodem, tum quia secundum Navar. ubi supra, penè occultum videtur esse species occulti, quod videtur probari in hoc c. dam dicit occultum, quod ab Ecclesia toleratur, & gloss. in c. Manifesta, 2. q. 1. Similiter ait quandoque occultum dici, quod potest probari, & quod quinque sciunt: tum quia nulla irregularitas contrahitur sine facto sua naturæ probabili, & patet sunt, quorum factum aliquo modo probari non possit. Quod autem spectat ad Concilium Tridentinum d. c. 6. §. 3. hæc opinio videtur probari posse, quia sancta Synodus à regula dispensat in occultis excipit duos tantum casus, videlicet homicidium voluntaria

rum, & deducta ad forum contentiosum: ergo in alijs occultis, quæ probari possunt, firmat regulam in contrarium, ad l. Nam quod liquide, §. fin. ff. de penit. legata, cum simili.

Potest in duobus casibus manifestum est hunc factæ Penitentiarie stylum servari non posse. Primus est in dispensationibus, quæ conceduntur omnibus, qui per adultrium se carnaliter cognoverunt, & ut matrimonium inter se contrahere possent in mariti oratricis mortem cum affectu machinati fuerint: opponitur enim in literis clausula infra scripta, videlicet: Dummodo omnino occultum sit, quod uterque oratorum in mortem d. mariti machinatus sit; & plene ignoretur, quod illius mors inde secuta sit: atque ita cum Sac. Penitentiarie hoc casu non utatur termino occulti simpliciter, sed omnino occulti, & cum geminatione illorum verborum, & plene ignoretur, succedit doctrina Host. hic n. 14. & Jo. Andr. n. 12. dicentium occultum omnino esse, quod nulla ratione probari potest. Secundus casus est in absolutione ab hæresi; nam in Bulla Urbani VIII. Regimini Universali Ecclesie, edita die 28. Septembris 1634. cautum est, ut infra, videlicet, & circa absolutionem ab hæresi nihil aliud volumus esse permissum majori Penitentiarie, quam quod à sancto mem. Pio Papa V fuit sibi concessum per ejus vivæ vocis oraculum, tenoris, & c. Ur hæretici, qui cum nemine de suis hæresibus loquuti sunt, neque aliquem actum anteriorem fecerunt, unde argui possint hæretici, quorum denique hæresis nulli profusus, nisi sibi ipsis nota sunt, eisq; omnino occultæ sunt, si præter absolvi, in foro conscientie tantum possint eos absolvere absq; alia abjurazione coram Ordinario, & Inquirente facienda: idem est si fecissent aliquos actus, ex quibus argui possint hæretici, si tamen hujusmodi actus adhuc remanent aliquos actus, ex quantum ipsi sciunt, adverte, licet sui naturæ sint nocibiles, seu ad notitiam deducibiles, & c.

121 Quarta & ultima opinio est aliorum, qui accipiunt occultum prout contradistinguitur a penè occulto, & ex sui natura, vel ex accidenti probari non potest: unde si impedimentum, vel crimen sit notum duobus, vel tribus testibus, non erit occultum, nec licebit majori Penitentiarie, vel Episcopo super eo dispensare. Et nititur hæc opinio validissimo fundamento; quia est occultum vocabulum varijs modis accipitur, & quandoque idem importet quod penè occultum, & probabile; quandoque verò occultum dicitur omnino id, quod non est publicum, aut famosum, manifestum, vel notorium, ut ex dictis constat, & plene notatur per Albert. in Dictionario, in ver. Occultum. Tamen ex proprietate vocabuli occultum dicitur illud tantum, quod nulla ratione probari potest, si ve id proveniat ex sui natura, ut in mentalibus c. Erubescant, 32. dist. c. Tria nos, de Simonia. Sive ex accidenti, puta si homicidium fuerit veneno perpetratum, aut parvulus in lecto suffocatus nemine præsentis, ut c. Confessio, 2. q. 5. c. Vnio, & c. Esclastica beneficia. Aliæ verò acceptiones omnes occultum sunt improprie & abusive, ut declarat Cardin. hic num. 18. & Canonizæ omnes supracitatis num. 45. & 50. & propterea quod per testes probari potest, sed difficile, non dicitur occultum simpliciter, sed penè occultum, ut hic no-



rant Host. *nu. 7.* Joan. And. *nu. 12.* Calder. *nu. 3.* Henric. Boic. *num. 5.* Buc. *nu. 30.* post. *prine.* Card. *nu. 18.* Anchar. *nu. 14.* Abb. *nu. 11.* & Jo. à Capillano *nu. 40.* Et illa dicitio, *penes*, dimittit secundum Abbate. *n. 11.* & dicitum est supra *num. 122.* *50.* & hoc penes occultum, & probabiliter non est simpliciter occultum, quia nihil est propriale, quod non est simpliciter tale, *l. Hoc legatum, in fine, ff. de legat. 3.* & per illum textum dicit Bald. in *l. De quibus, n. ff. de legibus*, cuius dicitum refert Paulus de Castro *conf. 292.* Videtur dicendum, *n. 1.*

**123** libri. Et verba secundum propriam significationem sunt accipienda. *l. Non aliter, ff. de legat. 3. c. Ad audientiam de decimis cum similibus*, ut per Gemin. *conf. 76.* *Inter copiose, n. 1.* & propria verbi significatio est, quia iusta est, non larga. *l. Libere, de verb. sign. Plautus ff. de aur. & argenti legat. 2.* *Oratorum, & c. seq. 22. dist.* Calderin. *conf. 7.* Propria verbi significatio, de verb. sign. Et ex his patet solutio ad objecta, de quibus supra *n. 118.* & *119.* Nec quidquam responderet: *o* Authorum contrarietate sententiarum de qua supra *n. 120.* Quod Concilium excipiendo a regula homicidii voluntarium, & criminia ad forum contentiosum deducit, firmet regulam in contrarium in aliis occultis, que probari possunt. Et enim hæc ratio oratio non procedit, quia regula Concilii non est i. occultis, que probari possunt, sed in occultis simpliciter: unde in his occultis simpliciter per exceptionem firmatur regula in oppositum, & non in occultis, que probari possunt, & que non dicuntur occultis, ut sepis reperitur *ell.* Nec dicatur, Exceptio Concilii, nisi iust deducit ad forum contentiosum, loquitur de occultis, que probari possunt: ergo & regula, quia exceptio declarat regulam de materia exceptionis esse in eligenda, ut notat Bald. *conf. 401. Super factis, n. 2. vers. si secundum quartum, lib. 5.* Nam responderet, imo illam exceptionem generaliter loqui etiam de occultis, que probari nequeunt: potest enim contingere, ut delictum sit simpliciter occultum, & improbabile, veluti si unus tantum testis adfuerit, & tamen potest esse deductum ad forum contentiosum, puta si is, qui interfecit, vel alius qui ab eo audivit, homicidam accusaverit. Unde hoc casu delictum erat occultum, & poterat super ea Penitentiaria, & Episcopus dispensare: si Secus verò posteaquam in iudicio fuit deductum. Nec obstat textus in *ult. in fine l. 5. q. 5. ibi*: Ante probationem accusationis, illæ neminem à communione suspendas, quia non statim, qui accusatur, reus est, sed qui convincitur criminofus. Nam responderet hoc procedere ad effectum puniendi, non autem ad effectum impediendi dispensationem, de qua Concilium loquitur, quia ad hoc sola accusatio, vel inquisitio iussit sine alia probatione, ut ex sententia S. Congregationis Concilii dicam *n. sequent.* Unde hæc ultimam opinionem in terminis Concilii Trident. amplectuntur Gutierrez *Quest. Canoniarum lib. 1. c. 13. n. 27.* Angles Flores *par. 1. ubi de Confess. quest. 4. art. 5. dist. 6.* Manuel in *addit. ad nullam Cruciata, §. 9. n. 69.* Jacob. de Graff. *tom. 2. consilii sub tit. de homicid. conf. 2. n. 2.* & in *deci. aur. lib. 1. c. 13. n. 45.* Nicol. Garz. de benef. *part. 7. c. 11. n. 45.* Armendoren in *addit. ad Recopilacionem leg. Navarr. lib. 1. tit. 8. leg. 3. de irregulari in declar. n. 2. 5.* & saltem quod spectat ad *d. c. 6. sess. 24.* Ab hac sententia nullatenus est recedendum, tum

quia validioribus rationibus fulcita, tum quia eam sepius probavit Sac. Cong. eisdem Concilio interpres, cuius declarationes non sunt simpliciter doctrinales, seu probabiles, sed necessæriæ, & habentes legis auctoritatem, ut latissime probavi in cap. Quoniam, supra de Confess. Nam cum fuerit quantum, An delictum coram uno, aut duobus testibus dicatur occultum, adeo ut Episcopus eum delinquentem possit dispensare in foro conscientiarum, iuxta *d. c. 6. S. Congregatio* primitu centulie hoc pendere ex dispositione juris communis, Sed postea cum dubitatum fuerit, an absolute & dispensatus à proprio Episcopo in materia delicti perpetrati coram duobus, vel tribus testibus, quod tamen non fuit notorium, esset tutus in conscientia: Respondit non esse tutum, quia Concilium utitur termino occultum, quod proprie loquendo est illud, quod probari non potest, Abbt in *c. Vestra de Cohabit. Clericor. & Mulier.* At per duos testes probari potest, & verba Concilii debent loquendo est illud, quod probari non potest, Abbt in *c. Vestra de Cohabit. Clericor. & Mulier.* At per duos testes probari potest, & verba Concilii debent accipi secundum proprietatem. Hæc tenus verba de sententia. Et alias sentit, quod non est notorium, posse dici occultum, secundum quod op. ponitur notorium, non tamen *c. 6. sess. 24.* esse relinendum ad hanc acceptationem. Et iterum cum Episcopus Civitatis Castellæ petisset declarari, an *c. 6. sess. 24.* possit abolere in foro conscientiarum delinquentes in Bullam Pij V. contra Jannicos, & Gregor. XIII. contra extrahentes flumina: S. Cong. censuit referendam Sanctissim. qui dixit vix posse considerari casum occultum in ista materia, ideo scribendum Episcopo, ut istos casus remittat ad Sedem Apostolicam.

Veruntamen in delictum alias occultum deductum quidem ut ad forum contentiosum, non tamen probatum, sed reus absolutus, potest Episcopus dispensare, quia adhuc manet occultum, cum non fuerit deductum cum effectu, ex quonon fuit probatum. Et ita gravissimi Doctores Salmanticæ tenuerunt (sicut alij contra) ut per Jacobum Gratium in *deci. aur. lib. 1. dist. cap. 13.* & alios plures apud Nicol. Garz. de benef. *p. 7. dist. cap. 11. num. 48. & seqq.* Et est ex mente Sacræ Congregationis Concilii, ut patet in *infra num. 137.* & ita placeat, quia sequitur absolutio jam cessat ratio scandalii, propter quam prohibita est dispensatio, iuxta glossam in *d. c. 2. in ver. Non valebit, & infra de Apostat. & consequenter cessare debet ipsa prohibitio, cap. Et si Christus, §. Quadam, cum glossa in ver. Cessante causa, supra de iurejur. Quod sine difficultate procedit in inquisitus fuerit absolutus diffinitive tanquam repositus innocens & non culpabilis, quod fieri solet quando testes fuerunt convicti, aut condemnati de falso, ut servatur in Tribunali Sanctissimæ Generalis Inquisitionis, vel quando alias constat delictum non fuisse commissum, puta quia vivit ille, de cuius homicidio aliquis imputatur, vel quid simile. Nam verbum Innocentiarum denotat omnimodam immunitatem, & carentiam criminis & dolii, *l. Absentem, ff. de penis,* & notat Bald. in *l. Si quis adulterij, num. 3. vers. Secunda solutio, c. Ad legem 161. de adulter.* Sed quid si absolutus fuerit à processu ex hæcenus deductus, vel ab observatione iudicij, seu tanquam non repositus culpabilis, nec iure punibilis? vel stantibus rebus prout stant, prout servati in Hispania attestat Covax. *var. resolut. lib. 1. cap. 1. num. 8.* In Gal-*

Gallia igneus in reperit. *§. Non aliter postquam, l. 20.* & *Rebut in prom. Constitut. Francæ, gloss. 5. n. 118.* & Mediolani Jul. Clar. in *pract. crimin. §. fin. quest. 57. vers. sed hic querit, & q. 62. vers. forma autem.* Et fieri solet quando reus purgavit indicia per torturam, tunc enim venit abolendus non diffinitive, sed ab observatione iudicij, secundum Bart. in *l. final. §. qui sine, num. 1. vers. certe, huc non debet fieri, ff. de questionibus.* Pet. de Bellapertica, & Salycet. in *d. si qui adulterij, c. de Adulter.* Alex. in *l. Pavi, §. Reu, in ver. Nec confitetur, ff. de quest.* Et servatur de consuetudine, ut post alios attestatur Jul. Clar. *d. §. fin. d. quest. 62. vers. forma autem.* Pro negativa facit, quia si reus fuit aliquo modo absolutus, tamen cum id non contigerit ex eo, quod verum delictum non commiserit, sed quia illud probari non potuit, vel purgavit indicia per torturam, negari non potest, quin e jus fama remaneat aliquo modo gravata apud homines, sicut dicitur de cessatione bonorum, que licet infamiam non erogat, signilat tamen statum cadentis quantum ad infamiam facti, ut inquit *140* Collect. in cap. Obardus, *n. 7. de solut.* & ante eum Holtin cap. Quidam, *n. 6. vers. nam si cessio, de remun. sed.* tamen hoc casu delictum censeri occultum, & licere Episcopo dispensare, videtur sententia S. Congregationis Concilii, ut dicam *infra, n. 137.* & tenent communiter moderni, qui amplius putant id habere locum, et si reus mediis depravatis, & falsis testibus ab observatione iudicij absolutus fuerit. Inter quos Avila de *Censur. 2. part. cap. 7. d. ff. 1. dubi. 1. concl. 3. ad fin.* Sayr. in *Theaur. casu. confess. tom. 1. lib. 7. cap. 7. n. 12.* Suarez de *censur. dist. 4. sect. 3. n. 6.* & alij, quos refert, & sequitur Sanchez de *matrim. lib. 2. dist. 34. nu. 57. & 58.* & *super Decalog. lib. 2. cap. 11. num. 21: vers. quod si delinquens.* Campanil. in *Diversor. iuris Canonici rubr. 7. cap. 3. n. 8.* & *rubr. 11. cap. 23. n. 144.* qui amplius opinatur posse Episcopo e lapio anno dispensare, etiam si iudicium per sententiam absolutiorum non sit finitum, si accusator per annum tacuerit, ex notatis per glossam in *c. Tantia, in ver. obrepit, §. 1. dist. 8. Majorus de irregulari, cap. 17. n. 9.*

Sed quicquid sit de his, illud certum est, si reus non fuerit absolutus, sed relaxatus sub fideiussione de representando, tunc non licere Episcopo dispensare; nam est talis relaxatio quodammodo habeat vim tacite abolitionis ab observatione iudicij, & in eius locum successerit secundum prædicam, quam servari testatur Boss. in *ric. de sent. n. 6.* & Jul. Cla. *d. §. fin. qu. 46. vers. Pariter etiam;* tamen negari non potest quin delictum sit deductum ad forum contentiosum, nec adhuc iudicio finitum; unde intrat exceptio de qua in *d. c. 6. sess. 24.* Et hæc sententiam alius probavit S. Congregatio eisdem Concilio interpres: nam propositio dubio: An illi, qui occasione delictorum fuerunt inquisiti, sed quia non potuerunt deinde probari, non fuerunt diffinitive, vel alio modo absoluti, sed simpliciter dimissi, recepta promissione de se representando, possint uti beneficio, *c. 6. sess. 24. S. Congregatio* censuit non posse, quia scriptura est deducta ad forum contentiosum, inque iussit sola deductio quicquid in de sequatur, Rursum certum est delictum adhuc manere occultum si Clericus fuerit condemnatus à iudice seculari, licet ex hypuliniodi

sententia suborta fuerit contra eum fama perpetrati delicti, ex his quæ leguntur & notantur in c. *At si Clerici de iudicij.* Et alius censuit eadem Sac. Congregatio: nam Presbyter Sarinatensis in contumaciam à iudice laico condemnatus uti particeps ejusdem homicidij, cuius verè ipse innocens erat, obtinuit à Congreg. Concilij declarationem ex hac sententia nullam esse infamiam notam aut irregularitatem contraxisse. Sed quoniam Ordinarius sub prætextu, quod in sua Ditecchelle publicæ vox & fama ipsum fuisse complice delicti delicti, illum non admittit ad celebrandum; petijre declarari se non esse irregularem etiam ex prætextu fama, que si modo extat, certè duxit originem vel à dicta sententia, vel à fratribus eorum, qui ob dictum homicidium fuerunt ad extreme transmissi. Die 25. Maij 1613. S. Congreg. censuit oratore in nullam hac de causa irregularitatem contraxisse; ideoque significandum Episcopo, ut illum, nisi aliquid obstitit, ad ministrandum admittat in suis prædictis Ordinibus.

Non tamen admittimus quod ait Sanchez *super Decalogo cap. 1. d. n. 21. vers. Sed quod si delictum;* videlicet licere Episcopo dispensare, etiam si delictum sit deductum ad forum contentiosum, & iam iudicio fuit punitum; hoc enim reprobant Gutierrez *Canoniarum q. 1. lib. 1. c. 3. ad fin.* Suarez de *censur. dist. 4. sect. 2. num. 5. ad fin.* & alij apud modernos de *offi. & potest. Episcopi. alleg. 39. n. 35.* Et quidem iure optimo, tum quia per sententiam condemnatoriam delictum efficitur notorium, ut hic est textus, ibi Notorium dicitur, de quo Presbyter canonicè condemnatur, & in cap. *fin. infra eod. ibi.* Nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam, cum concordantibus iuraprecitatis *nu. 73.* Ergo ridiculum est, ut post sententiam remaneat occultum, *c. de hoc, de Simon. Tum* quia si in delictis deductis ad forum contentiosum quando adhuc incertum est, an inquisitus sit culpabilis nec ne, non licet Episcopo dispensare: longè minus licebit quando per sententiam condemnatoriam certum & notorium est reum esse culpabilem: hoc enim casu multò magis est dispensatio scandalum suscitatur, iuxta glossam sepius allegatam, in cap. 2. in ver. *non licebit, de Apostat.*

Sed quid si erimen sit notum complicitibus tantum, numquid adhuc dicatur occultum, adeo ut non liceat in vim Concilii Tridentini & litterarum Sac. Penitentiariæ dispensare? Videtur respondendum adhuc censeri occultum: nam proprie occultum dicitur quod probari non potest, ut plene ostensum est supra *n. 121.* At per complices non potest probari, quia regulariter lecti criminis in criminalibus recipi non possunt, nec eis receptis creditur, *l. Quoniam, ibi.* Si socii, & participes criminis non dicantur, ubi Salycet. *n. 3. c. de testib. c. Personar, ibi.* Morbo consilij laborantes, supra de *testib. & c. Veniens, ff. 1. ibi.* Eo quòd ille, quidem eodem erat infectus crimine inde contra eum testificari non possit, nullique de se confessio adversus alium in eodem crimine sit credendum, *eod. tit. cap. 1. de Confess. ibi: de reatu propria,* confitentis periculosa confessio non est adversus quemlibet admittenda, & per hæc iura generaliter firmarunt Speculator, in *ric. de testib. 1. n. 37. vers. item quod est socius criminis,* Marfil. in *l. si forte, l. 5. §. 16. ff. ad l. Cornel. de Sicar, Bald. conf. 95.*